

EB 0237

5138






לְבָנִים  
לְמַמְמָה  
לְתָבִיב  
לְתָבִיב  
לְתָבִיב  
לְתָבִיב


cette grande vague. finira l'atmosphère  
du postérieur au niveau.


Sacramentalis significatio de applicatio

A 8

116







the next day  
at the same time  
as before

à la Faculté de  
Théologie de Montauban  
par M<sup>me</sup> Bouyoux R.  
Président du conseil d'ordre  
de S. Roi (Grande)

Res Mo  
5138

THOMAE ERPENII

# GRAMMATICA

E B R Æ A

generalis.



Lugduni Batavorum.

Typis Raphelengianis.

Prostant apud IOHANNEM MAIRE,

ANNO M. DC. XXI.

1. *Constitutio. I. In. 1.*  
2. *Constitutio. I. In. 2.*  
3. *Constitutio. I. In. 3.*  
4. *Constitutio. I. In. 4.*

*Clarissimis, Doctissimisque Viris,*

D. IOHANNI POLYANDRO

D. ANDREÆ RIVETO.

D. ANTONIO WALÆO.

D. ANTONIO TYSIO.

Sacræ Theologiæ Doctoribus, & in  
Batavorum Academia Professoribus  
celeberrimis, Dominis suis, & Col-  
legis charissimis,

S. P. D.

THOMAS ERPENIVS,

*Linguarum Orientalium in eadem Aca-  
demia Professor.*

**V**IRI Clarissimi, &  
Collegæ cōjunctissimi, imposuerunt  
mihi nuper, uti scitis, No-  
bilissimi & Amplissimi A-  
cademiæ nostræ Curatores  
linguę etiam Ebræę profes-  
sio-

(\* 2)

## EPISTOLA

sionem ; quæ de studio ejus  
feliciter promovendo haud  
leviter me reddit sollici-  
tum. Video enim jam diu,  
& graviter doleo , turpiter  
id in omnibus fere Christiano-  
rum scholis jacere , & ab  
ipsis etiam Theologiæ can-  
didatis, ( qui tamen , testes  
ego vos appello, sine ejus  
auxilio fieri haud quaquā  
possunt , qui esse cupiunt,  
verbi scilicet Dei fideles in-  
terpretes ) vix extremis at-  
tingi digitis. plerique enim  
in ea Grammatices parte,  
quæ legendi rationem tra-  
dit, subsistunt ; & sufficere  
arbi-

## DEDICATORIA.

arbitrantur, si cum Ebreum  
aliquid occurrit, dicere non  
cogantur, *Ebræa sunt, legi*  
*non possunt.* Quidam, qui  
paulo generosiores videri  
volunt, *paradigma etiam*  
*Verbi perfecti addiscunt,*  
*sed cum ad Defectiva &*  
*Quiescentia ventum est,*  
*tempus esse arbitrantur, ut*  
*ipſi quoque deficiant, &*  
*quiescant.* Pauci eo perve-  
niunt, ut Radices, seu the-  
mata vocum invenire, &  
Dictionarijs uti possint.  
Sed qui contextum sacrum  
probe intelligent, eumque  
interpretari, & interpreta-  
(\* 3) tionis

## EPISTOLA

tionis suæ rationem solidam, ex linguae ipsius natura petitam reddere possint, eos longe scitis esse paucissimos. cuius quidem rei potissima causa videtur esse linguae difficultas. que licet usque adeo magna non sit, multis tamen creditur esse maxima. Huic uti quod optimum habeo remedium in Academia nostra adhibeam; in animum induxi fideli, assidua, & familiari institutione, tum publice, tum privatim, studiosæ juventuti succurrere. Cæterum cum re ipsa ante  
hac

## DEDICATORIA.

hac didicerim, fieri vix posse, ut quis alienas alicujus linguæ institutiones ea felicitate, eoque cum fructu, quo sua ipsius præcepta, suo docendi modo accommodata alios doceat; & eo etiam tempore, quo hujus linguæ professio capessenda mihi erat, in tota urbe nostra nullius Grammaticę Ebræę tot apud Bibliopolas reperirentur exemplaria, quot auditorum meorum multitudo requirebat; visum mihi fuit, in eorum gratiā, maxime necessaria & generalia linguæ Ebræę

(\* 4) præ-

# EPISTOLA

præcepta quam compen-  
diosissime, (sicuti ante, non  
sine felici successu, & ma-  
gno discipulorum meorum  
fructu in Arabicis feceram,)  
colligere, & prelo commit-  
tere. Cui opusculo meo  
dum, pro ritu jam diu inter  
literatos recepto, patronos  
quæro, sub quorum splen-  
dore id in lucem prodeat,  
seque in lectorum gratiam  
insinuet, nulos Viri Cla-  
rissimi invenio, quos vo-  
bis præferam, vobis in-  
quam quos scio, in Ebræ-  
orum literatura versatissi-  
mos esse; auctoritate apud  
omnes

## DEDICATORIA.

omnes Theologię candidatos atque amatores plurimum pollere; &, quod caput rei est, mihi, studijsque meis, & conatibus esse addictissimos. Offero id itaque vobis ex animo, dedicoque ac consecro, etiam atque etiam vos rogans, & obsecrans, ut has qualescunque primitias meas Ebraicas æqui bonique consulatis. Valete Academiæ nostræ clarissima lumina, & diu felices vivite.



P R A E-

# P R A E F A T I O

ad Lectorem.



A V C A habeo quæ tuā  
interest scire, studiose Le-  
ctor, de opusculi hujus ra-  
tione, & usu.

Instituti mei in compositione ejus fuit,  
generalem solum tradere in nobilissi-  
mam linguam introductionem, nec at-  
tingere anomala illa, & specialia, quæ  
sic satis magno numero in sacris libris  
occurrunt; quod ea Grammaticam E-  
braeam, per se alioqui brevem, & fa-  
cilem, longam ac difficultem reddant, &  
multo felicius, minorique negotio, ac  
tædio, usu, & sacrorum scriptorum  
lectione, quam præceptis grammaticis  
addiscantur. Itaque mirari noli si ea  
hic passim occurrere, & exceptiones  
constituere non videris. jube ea va-  
lere initio studij tui Ebraici, neque du-  
bita quin analogiâ Grammaticâ bene  
per-

perceptâ, facile tibi futurum sit ea agnoscere & intelligere. si quæ tamen ex ijs deinde negotium tibi faceſſant, ſcito in aureo illo ſanctæ lingue theſau-ro Pagnini, cum notis Merceri, et Bertrami, pleraque accuratè explicari. & nobiliores quoque Grammaticos ea præceptis ſuis adjeſſe; id quod ne-mo tamen felicius atq; accuratius preſtitit, quam Clarissimus Buxtorfius in prætantissimo ſuo Thesauro Gramma-tico. Flerasque etiam exponit, ordine Alphabetico Joannes Avenarius, in tertio Grammaticæ ſuæ libro, & ordine biblico, Valentinus Schindlerus, ad calcem ſuæ Grammaticæ.

Prætermiſi quoq; doctrinam de con-ſequutione Accentuum, quod ea proli-xum traſtatum requirat, & uſque adeo non ſit neceſſaria. videri potest apud Buxtorfium, in calce Thesauri Grammatici, & apud Schindlerum

P R E A F A T I O

in peculiari tractatu de Accentibus.

De arte quoque poëtica veterum  
Ebræorum nihil trado, quod ea penitus  
ignoretur. Recentiorum autem Iudeo-  
rum poësis, quam ab Arabibus sunt  
mutuati, Rabbinica, non Ebreæ est, nec  
propterea hujus loci.

Opusculi autem methodum quod at-  
tinget; scito, hoc studiosè me egisse, ut  
præcepta ad eandem materiam perti-  
nentia, memoriae juvandæ causa, con-  
jungerentur, & uno quasi intuitu vi-  
derentur; quâ tamen re interdum fa-  
ctum est, ut termini quidam ex præ-  
missis nondum noti, fuerint usurpandi,  
exempli gratia, ubi de motu & quiete  
Sjeve agitur, mentio fit Accentus gram-  
matici, euphonici Metheg, item Da-  
ghes fortis, quæ quid sint ante dictum  
non fuit, & fidelis præceptoris erit,  
tribus verbis obiter indicare; studio-  
sus autem lector, etiam sine præcepto-  
tore

AD LECTOREM.

tore ex sequentibus facile discet. malui enim omnes notas motus & quietis Sjvæ illic conjungere, quam sparsim ubi de Vocalibus, Accentibus, & Daghēs agitur, eas indicare. Atque eadem aliorum quoque est ratio.

Ad calcem libri primi propono generalem doctrinam de mutatione vocum, quæ tanquam fundamentum est reliquæ Grammaticæ, & solidæ cognitio-  
nis Ebraismi. qua de causa & eam commendatissimam tibi esse volo, ut autem multitudine regularum ejus non turberis, scito partes ejus esse quinque.

Prima agit de inscribendo, & omit-  
tendo Daghēs forti.

Secunda, de mutatione Vocalium,  
tum longarum, tum brevium.

Tertia, de mutatione Sjvæ, tum  
simplicis, tum compositi.

Quarta, de anomalij litterarum gut-  
turalium in admissione Vocalium.

Quinta,

P R A E F A T I O

Quinta, de migratione accentus. Pri-  
ma facilis est, satis perspicua, uti &  
ultima, sed hujus doctrina initio non  
est usque adeo necessaria.

Mediae regulas aliquot continent uti-  
lissimas, et intellectu facillimas, qua-  
rum multitudo ne te obruat, lentè in ijs  
addiscendis festina, & quotidie duas  
tresve tantù bene perpende, & memo-  
riæ imprime, pergens interim in tracta-  
tu de Verbis, quem, uti & totam reli-  
quam Grammaticam, etiam non antè  
cognitis hisce regulis, facile intelliges;  
nam ubique regularum est usus, ra-  
tio earum satis clarè innuitur; quod  
sicubi non fiat, facile erit eas citatas  
inspicere. Si tamen me audis, operam  
dabis ut eas paulatim bene memoriae  
imprimas, maxime inquam illas quæ  
ad literas gutturales pertinent; hæ  
enim, tribus postremis exceptis, longè  
frequentissimi sunt usus. Neque te  
moyeat

A D L E C T O R E M .

moveat quod hic illic in eo capite termini nondum noti occurrant : explicabuntur iij in sequentibus. Tu tantisper ea que inde obscuritatem habent , sine incommodo, poteris negligere.

Doctrinam de mutatione vocum irregulari; & Figuras Grammaticas habes sub finem libri quarti.



Obser-

*Observatio de lectione vo=  
cum Ebraicarum expressarum per  
literas Latinas.*

a, e, o, romana in scriptura curren-  
te, & contra i, e, o, currentia in scri-  
ptura romana, significant Vocales bre-  
vissimas raptim & celerrimè pronun-  
tiandas.

*Sj* pronuntiandum est eo modo ut  
Galli pronuntiant ch, Angli sh, Ger-  
mani sch.

THOMAS



THOMÆ ER PENII  
GRAMMATICÆ  
EBRÆÆ,  
LIBER PRIMVS.  
DE  
Elementis linguae Ebrææ.

---

CAPUT PRIMUM,  
*De Consonantibus.*

**S**CRIBUNT Ebræi à dextra  
ad sinistram, & prima linguae  
sue elementa habent Con-  
sonantes & Vocales.

A              Conso-

Consonantes sunt xxii, quarum  
tabella hæc est.

*Ordo. Pronuntiatio. Nomen. Figura.*

1	Spiritus lenis Græ- corum.	Aleph.	א
2	Bh. <i>seu v. Conso- nans.</i>	Beth.	ב
3	Gh. <i>seu G. Galli- cum.</i>	Gimel.	ג
4	Dh. <i>seu th. Angli- cum.</i>	Daleth.	ד
5	H.	He.	ה
6	W Germanorum & Belgarum.	Waww.	ו
7	Z.	Zajin.	ז
8	Hh, <i>seu fortis aspi- ratio ex imo pecto- re protracta.</i>	Hheth.	ח
9	T.	Teth.	ט
10	J <i>Consonans.</i>	Iod.	י

3 LIBER PRIMVS.

ii Ch. χ <sup>Græco-</sup><sub>rum.</sub> Caph.

12 L. Lamed.

13 M. Mem.

14 N. Nun.

15 S inter duas voca-  
les. Samech.

16 Rasio quædam in  
guttur. Ajin,

17 Ph. *seu* F. Pe.

18 Tf. Tsade,

19 K. Koph.

20 R. Res.

21 Sj. <sup>id est ch</sup><sub>rum. sh</sub> Gallo-  
Angl. Sjin.

22 Th. θ. Tavv.

A 2 De

בָּ

מָ

סָ

נָ

פָּ

צָ

חָ

תָּ

*De Figura.*

1. IN fine dictionis hæ quinque literæ ז מ נ פ כ hoc modo pinguntur ו י ז ס נ.

2. Ornatus causa, & ut sine dictionum divisione lineæ equales efficiantur, solent non raro hæ quinque ה מ ל ח א sic dilatari ה ס ל ח א

3. Figuræ quædam cognitæ sunt, sed quæ attente consideratæ, facile discernuntur.

Beth. ב Caf.

Gimel. ג Nun.

Daleth. ד Res.

He. ה Hheth.

Waww. ו Zajin.

Teth. ט Mem.

Samech. ס Mem finale.

Ajin. ע Tsade.

4. **v** habet interdum punctum suum in sinistro cornu, hoc modo, **v**, & tunc *Sin* vocatur, ac pronuntiatur, ut S Latinum initio dictionis.

### *De Pronuntiatione.*

Pronuntiatio in tabella satis patet: solius **y** est difficillima: at suffecerit eam protulisse per a quod-dam breve, & obscurum, ut **ய** *sjamāanou*. quin & sine periculo omitti potest; seu ut **x** pronuntiari, cum Vocalem adjunctam habet, ut **עַבְדִי abdi**.

### C A P V T II.

#### *De Vocalibus.*

**VOCALES** aliæ perfectæ sunt, alię imperfectæ.

Perfectæ sunt quę cum Consonantibus syllabas proprie consti-

A 3 tuunt

tuunt; atque earum quinque sunt  
longe, & totidem breves, sequen-  
te tabella expressæ.

## L O N G A E.

*Nomen.*      *Pronunt.*      *Figura.*

Camets magnum.	â	לְ
Tsere.	ê	לִ
Hhirec magnum.	î	לֵ
Hholem.	ô	לוּ
Sjurec.	ou	לוֹגָ

## B R E V E S.

Pathah.	a	לְ
Segol.	e	לִ
Hhirec parvum.	i	לֵ
Camets parvum.	o	לוּ
Kibbutz.	u	לוֹגָ

I Lite-

1. Litera ℗ singulis adjuncta situm earum indicat. Sequuntur autem in pronuntiatione Consonantem cui apponuntur, ut faciant *la le li lo lou*, non *al el il &c.*

2. Trium postremarum longarum figuræ, cum plene scribuntur, puncto uno constant, & literis ՚ ՚, quæ potestate Consonantium tunc amissa, quiescere dicuntur, & Vocalib⁹ exprimendis inserviunt. Sed &, literis illis omissis, non raro defective pinguntur: Hhirec quidem & Hholem solo suo puncto hoc modo ℗ Sjurec autem figurā Kibbutz, sic ℗. Sicut contra Hhirec parvum per [՚.] & Kibbutz per [՚] interdū exprimuntur, quomodo autem tunc discernantur, patebit capite quarto, ubi & differentia, Camets parvi à magno fieri manifesta.

3. Cæterum punctum Hholem defectivi concurrens cum puncto dextero aut sinistro literæ ו, excidit, hoc, compendii causa, pro utroque veniente. idque ex eo scitur, quod alioqui ו, aut eam præcedens litera Vocali propria destituatur, ut מֹשֶׁה Moshe מָשֵׁה sohbe. hinc geminum literæ ו si adsit punctum, alterum illius est, alterum Hholem, ut מָשֵׁה ose.

4. Literæ autem istæ , & , si aliam Vocalem additam sibi habent , non serviantur designandæ Vocali, sed Consonantes sunt, ut, נִיר Kowé , יְוָר iwer, קַיּוֹר kijor.

Vocales Imperfæctæ sunt quæ syllabas cum Consonantibus nunquam per se constituunt, suntque duæ: Pathah suffuratum, & Sjeva.

PATHAH suffuratū est Pathah quoddam euphonicum, sub ultima

ma dictionis litera ny, & n cum puncto, positum, & ante eas, post præcedentem Vocalem, raptissime pronuntiari solitum. ut מֶשֶׁךְ masjiah, יִשְׂרָאֵל jesjoúaa, אֱלֹהָהּ Elóah.

Sj E V A literam suam, celerioris pronunciationis ergo, cum sequentis aut præcedentis literę Vocali in unam syllabam contrahit: estque duplex, Simplex, & Compositum.

Sjeva simplex est geminum punctum sub litera, hoc modo piętum Ł, estque duplex, Mobile, & Quiescens.

Mobile est quod literam suam cum litera sequente, ejusque Vocali in unam combinat syllabam, ita tamen, ut ipsum tanquam brevissimum rapide pronuntietur, ut בְּרַר devár.

Quiescens est quod literam

A s suam

suam cum litera præcedente, ejusque Vocali conjungens, nihil plane sonat, ut **כָּלְכָלָתִי** *kil-kal-ti*.

Est autem Sjeva mobile,

1. Initio dictionis, ut **פָרַי** *peri*.

Et in medio,

2. Post Vocalem longam carentem accentu tonico, ut **הַיְקָה** *ha-yekha* **רוֹזֶנִים** *ro-zenim*.

3. Post alterum Sjeva, idque expressum, ut **יִפְקָדוּ** *yif-kadhou*; vel latens in Daghēs forti, ut **זָמְרוּ** *zam-merou*.

4. Post Metheg compensans Daghēs forte abjectum, ut **הַלְלוּ** *ha-lelou*, quod est pro **הַלְלוּ**.

Quiescens autem est,

1. In fine dictionis, ut **וַיֵּךְ** *derech*.  
etiam geminum, ut **יְפֻתָּח** *jeft.*

Et in medio

2. Post Vocalem longam habentē accentum tonicum ut **יְכָלָתִי** *ja-chol-ti*.

ja-chól-ti, תַּחְלִית sja-láhh-ta.

3. Post Vocalem brevem, ut סָרֶבֶר mid-bár. מַלְכֵי mal-ché.

Ad ultimam dictionis literam mobilem, & Vocali perfecta destitutam, Sjeva quiescens subintelligitur, ut וְבָרֶךְ pro רְבָרֶךְ davár, תְּחִמָּה pro תְּחִמָּה léhhem, יוֹדָעַ pro יְדָעַ jodéa. Soli Caf finali, ornatus causa, semper id adscribitur, ut מְלָךְ mé-lech : & literis בְּגָרְךָ tunc quoque, cum præcedit aliud Sjeva quiescens, aut ejus loco sub gutturali Pathah, ut יְרָדְךָ jird, יְשָׁבְךָ jisb, יְשָׁקְךָ jask, יְשָׁטְךָ jest, תְּמָמָתְךָ samáhhat.

Sjeva compositum est quod factum est ex Vocali brevi & Sjeva simplici, pauloque latioris quam hoc est soni, & pro eo, sub gutturalibus plerumque, raro sub aliis adhibetur: estque triplex.

Hhatef-

Hhatef-pathah. -: A  
 Hhatef-segol. :: E } raptissime  
 Hhatef-camets. -: O } prolatum.

Quę syllabam non magis quam Sjeva simplex constituunt; sed literam suam cum sequente ejusque Vocali in unam syllabam contrahunt, nt עֲבֹד avód.

## A N N O T A T I O .

**H**HATEF-SEGOL tantum sub Gut-ruralibus ponitur. Hhatef-pathah autem & Hhatef-camets alijs etiam interdum literis pro Sjeva mobili adscribuntur.

H H A T E F - P A T H A H quidem, non nisi in medio vocis, post Metheg, idque tribus fere solum in locis, nec in ijs perpetuo.

1. Cum Metheg illud pertinet ad Copulam ו prefixam dictioni monosyllaba habenti Sjeva sub prima litera non existente תְּהִבָּ, ut בְּנֵר וְנֵר & aurum pro זהב, יְמִשָּׁׂעָר וְמִשָּׁׂעָר & audi pro עַמְשָׁׂעָר.

2. Cum

2. Cum Metheg illud pertinet ad Vocalēm praecedentem duas geminatas quarum prior habet Sjeva, ut בְּלִילִיל obumbrati sunt pro רַבְבָּחוֹת, צְלִילִים, myriades pro רַבְבָּחוֹת.

3. Cum Metheg illud apponitur Vocali primæ radicalis in Verbo בְּרַךְ benedixit, ut חֲבָרְכֵי benedicetis pro חֲבָרְכֵי.

H H A T E F - C A M E T S vero subinde in principio & medio, in Nominib<sup>9</sup> maxime, rarius in Verbis, cum Sjeva illud descendit קָדֵשׁ à קָדְשִׁים pro קָדְשִׁים sanctitas אֱשָׁקָטָה pro אֱשָׁקָטָה, ab שָׁקֵט quiescam.

## C A P V T III.

De literarum divisionibus & proprietatibus: ubi de Mappic, Daghess, & Raphe.

D I V I D V N T V R literę ratio-ne Pronuntiationis, Motus, Roboris, & Officii.

J. Ra-

## I. Ratione Pronuntiationis.

	Gutturales.	אַחֲרָיו
	Labiales.	בּוֹקֶר
in	Palatinas.	גִּיכָּךְ
	Dentales.	דְּטָלָנָת
	Linguaes.	זִסְצָרֶשׁ

Quarum ex quæ ejusdem generis sunt

1. Cognatum habent sonum.
2. Cognatae significationis vocabula constituunt.
3. Et facile inter se commutantur.

quod ultimum literis אַחֲרָיו, licet diversi generis, saepe quoque accidit.

## II. Ratione motus, in Mobiles &amp; Quiescentes.

Mobiles sunt quæ ut Consonantes in voce moventur, id est pronuntiantur.

Quiescentes, quæ vi Consonantis amissa, otiosæ quodammodo in

in voce existunt, & non pronuntiantur: quod interdum contingit literis אַחֲרֵי, cum certis Vocalibus postpositæ, ipsæ propriis carent: אָנוֹ quidem in medio, & fine distinctionis, at וּ in fine tantum.

Et quiescit Vocali carens

i. Aleph, post omnes Vocales longas, ac duas primas breves, ut

~~barim~~ bara. בָּרָא batha.

~~hronim~~ kiffe. כְּסָא tsêth.

~~ryla~~ hi. הִיא וְאֶכְלָל jochal.

~~nica~~ javo. יְבָזָע melachto.

~~ryga~~ hou. הָוָא פְּלָא pele.

ii. He, post Camets, Hholem, Tsere, & Segol, ut,

~~mula~~ issja. כְּשָׁא co.

~~ryla~~ arje. אָרִיָּה ze.

Et post Pathah in una vocula מה ma, quid. Sed & legitur interdum, licet Vocali destitutum, post has,

&

& alias etiam Vocales; ac tunc, in motus illius indicium, habet inscriptum aut subscriptum punctum, quod vocatur Mappic, hoc modo הַתָּה, ut

koláh.	קֹלָה	גַּבְהָה	jagbéah.
aháh.	אֲחָה	וְגִיְהָה	jaggiah.
gaváh.	גָּוָה	אֶלְוָה	elóah.

III. Wavv, post Hholem, & Sjurec, ut מָחוּם motho, יְמָוֵת jamouthou.

III. Iod, post Hhirec, Tsere, & Segol, ut בְּתִיְהָ bethi, מִנוֹןְ mino, וְבָרֵךְ varéch, devarecha. item post Camets, cum sequitur ו sine Vocali, ut פָּנָה panah.

Post alias Vocales ו, ו, Vocibus propriis destitutæ, non quiescunt, sed leguntur diphthongescentes, quod accidit iis in fine tantum dictionis, post Camets, & Pathah, & וְ wavv insuper post Tsere,

Tsere, & Hhirec magnum, τῳ Iod  
verò post Hholem & Sjurec, ut  
עֲשֹׂו Esaw. אָדוֹנִי Adonai.

לinda קָו kaw. פְּנַסְבָּעֵן panai.

לְמַקְרֵב sjalew. גּוֹי goi.

לְמַקְרֵב piw. תְּלוּי taloui.

Aleph & Iod quoque reperiuntur post Sjeva, ut שְׁמַתִּי Ħhet, שְׁמַתִּי samt: sed tunc otiosa potius, quam quiescentia vocentur: nam ex distinctiones habentur pro terminatis litera mobili Sjevata.

Cæterum, literæ quiescentes inter scribendum sæpe omittuntur, ut patuit, pag. 7. de 1 & 1, suis Vocalibus appositis. sic & חַל pro חיל exercitus, וּבְרִיךְ pro וּבְרִיךְ yerba tua, רְאֵשִׁה pro principium, pro רְשִׁית peccare, לְכַדְּה pro לְכַדְּה ite f. Atque ita omne Caimets finale adscriptum literis חַנְחָקָה (quibus solis apponitur) ח quiescens habet

B subin-

subintelle<sup>cum</sup>, nulla enim hic dictio Vocali terminatur, sed Consonante, aut mobili, aut quiescente saltem, si non expressâ, subintellectâ.

III. Ratione roboris dividuntur literæ in Daghessabiles & Indaghessabiles.

Daghessabiles sunt quæ admittunt Daghes: quales sunt omnes, præter Gutturales **בּ הּ וּ וּ** & **גּ**.

Daghes est punctum in medio literæ, robur ei addens: estque duplex, Leve, & Forte.

Daghes leve est quod roboret literam, tollendo aspirationem: & inscribitur solis literis כְּחַת, ut valeant בּ b, גּ g, דּ d, כּ c, פּ p, תּ t, id quod sit tum in principio, tum in medio, & fine dictionis.

In principio, quoties nihil præcedit in eadem sententia, ut **בראשית**

בראשיות beresjít. Aut quæ precedit dictio habet accentum regium, ut וַיְהִי בִּימֵי waíhi bimé, vel ultimam literam mobilem, ut מלך בְּכָל melech Bavel, הָיוּ גּוֹי hoigoi.

In medio autē & fine, post Sjeva quiescens : ut יְבָדֵל javdél, אַמְרָת amárt ; etiam in Pathah mutatum ob gutturalem, ut שְׁמַחַת samáhhat. Et in una voce שְׂתִּים sjetajim, duæ, ejusque Casu שְׂתִּי sjeté, post Sjeva mobile.

Quæ autem priori regula addenda, & à posteriori excipienda sint, subjecta docet annotatione.

### ANNOTATIO.

DAGHESSANT V R etiam in principio vocis, extra priorem Regulam, duobus in locis.

1. Cum sjevatae habent post se eandem, aut aliam cognatam ejusdem instrumenti, ut

נִשְׁכַּרְתָּנוּ dormiemus in confusione nostra. לֹא כְּלֹהֵנוּ בְּפִי laus ejus in ore meo.

2. Cum præcedit virgula Pesik, ut . הַבָּרוּךְ Ecce benedicite.

R A P H A N T V R autem in medio post Sjeva quiescens, contra Regulam posteriorem, quatuor potissimum in locis.

1. Cum præcedens Sjeva quiescens natum est ex Camets vel Tsere, ut a מְלִיכִי Reges, בְּלִבְבָּס in corde, a מְלִיכִים aut ex Hholem vel Pathah Infinitivi, aut Imperativi Kal; ut cum staret, ab פְּקֻדָּיו, שְׁכַבָּבָם jaceret, a בְּשִׁכְבָּה, עַמְּדָה visitate, a שְׁכַבְוּ, פְּקֻדָּו . שְׁכַבָּבָם

2. Cum præcedens Sjeva simplex mutat compositū antecedens in vocalem brevem, ut נְאָסְפָו congregati sunt, a נְאָסְפָו .

3. Cum præcedens Sjeva fuit initiale, in Nomine absoluto, & factum est quiescens ob servilem præpositam, ut בְּצָבְיוּ sicuti caprea a צָבְיוּ .

4. Cum ipse immediate post se habent lite-

literam paragogicam, ut חִיחוֹן־אָרֶץ bestia terræ, פִּיכָּה domum: vel וְהַ non præcedente ipsas רַ, ut מֶלֶכְיָה, regnum, יְלֻרוֹת adolescentia. At פְּרַבּוֹת multitudo.

Quibus accedit Caf in Affixis כְּסֵם, נְגָם, בְּנֵגָם שְׁמָךְ, ut כְּנָעַ filius vester. Item רַ in Singulari vocis בְּגָדָר habente Affixa, ut בְּגָדָר vestis mea. Et ac רַ in Proprijs יְקָרָעַת יְקָרָעַת יְקָרָעַת.

Olim hisce literis בְּגָדָר כְּפָתָה Da-  
ghes parentibus superinscribeba-  
tur lineola, Raphe vocata, hoc  
modo בְּ, significans absentiam  
Daghes; unde & eo parentes, ho-  
dieque raphatæ vocantur.

Daghes Forte est quod literam  
duplicat, & in sex illis memoratis  
aspirationem insuper tollit, ut פְּקָרָעַת pikked, לְבָזָר libbo, לְמָה lamma, ita  
ut prior præcedentem syllabam fi-  
niat, & Sjeva quiescens habere  
intelli-

intelligatur , posterior vero sequentem incipiat.

Inscribi autē potest literis omnibus , exceptis gutturalibus & ר , sed non nisi post Vocales breves ; & longas habentes accentum tonicum.

### A N N O T A T I O .

Cæterum cum Vocalēm ante se requirat litera geminata , manifestum est huic Daghēs locum esse non posse in principio dictōnis. Contingit tamen interdum , ut duo vocabula inter pronuntiandum uniantur , & tanquam in unum coalescant : eo casu , prima etiam geminari potest ; & geminatur , per Dag'ēs , si dag'ēssibilis sit , idque duabus de cāsis ; ob Dahhic , & Athe-merahhic.

Dahhic est Maccaph ante se habens vocem terminatā נ quiescente post Cāmets , Pathah , aut Segol , ut לְוַיְשָׁה נָא וְשָׁה gesja-nna , ousjaka-lli , accede queso & osculare me . מְהֹתּוֹב ma-ttōv , quam bonum . יְנַעֲשֵׂה jaase-llanou , faciet nobis .

Athe-

Athe-merahhic est accentus tonicus in penultima dictionis terminatae ה radicali post Segol, aut servili post Camets, & habentis post se monosyllabum, aut dissyllabum penacutum, ut עֲשֵׂה לְךָ יְהִי haggisja-lli, adfer mihi. & sic latente ה in Camets finali, ut מַשְׁחִית שְׁמָךְ masjáhhta-sjam, ubi unxi-sti, תְּמִימָה זְבַחַת zayahhta-ppésah, sacrificasti Pascha. Idem etiam interdum fit accentu in ultima existente cum ה radicali post Segol, & sequente voce quæ accentum habet in secunda, ut אֶל-מֹשֶׁה לֵאמֹר el-Mosje-llemor, ad Mosen dicendo.

In literis autem בְּגָרְבָּה Daghes forte à levi facile discernitur; cum leve non ponatur in medio aut fine dictionis post Vocalem; nec in principio post literam quiescentem sine accentu, ut solet forte.

**I V.** Ratione Officii dividuntur literæ, in Radicales & Serviles.

Radicales sunt quæ essentiam

Radicis, seu Thematis perpetuo constituunt, quales sunt undecim, his voculis contentæ, טָהָרָה, גְּזַעַן, צְדָקָה.

Serviles, quæ etsi essentiam Radicis non raro constituunt, sæpe tamen derivationi, & consignificationi inserviunt, quales sunt reliquæ undecim, hisce tribus vobis comprehensæ מְשָׁה וּכְלָב אֵיתָן.

## C A P V T I V .

## De Syllaba, وَ Voce.

E X Consonantibus & Vocalibus fiunt Syllabæ: nam sola Vocalis hic syllabam non facit, si excipias, initio dictionis, ut יְמֻלָּךְ ou-me-lech.

Est autem syllaba duplex, Pura, & Mixta. Syllaba pura est quæ una tantum Consonante mobili unaque

unaque vocali constat, ut ℗, ℗, ℗, ℗, ℗, ℗; item סָהָרָה, nam literæ quiescentes sonum nullum auribus exhibent, suntque istæ syllabæ puræ, cum quiete.

Mixta, quæ pluribus Consonantibus mobilibus uni Vocali junctis: iisque duabus, posita Vocali inter utramque, ut ™ min, vel post utramque, ut ™ lecha: vel tribus, quarum due Vocalem præcedant, ut פְּרָה; Pherath, vel sequantur, ut vel יְפִתְחָה, jeft: vel deniq; quatuor, ut utrimque sint duæ, ut טַשְׁקָה bekost.

Solent autem longæ Vocales syllabam absolvere, ut פְּלָאוֹ ma-le-on, חִזְמִינְפּוֹ to-si-fou חִצְמָתָה ma-tsa-tha. unde non sequitur eas litera mobilis Vocali destituta (seu habens Daghæ forte vel Sjeva quiescens) nisi forte Accentu tonico afficiantur, tunc enim & Daghæ post se

admittunt , & si Sjeva post se habeant, id quiescit , ut סְבִי *sob-bou* יַפְקֹדֵנָה *jif-kod-na*.

Itaque si eas Accentu tonico destitutas sequatur litera Daghessata quod interdum contingit וְיִם *im* , & יִם *im* , pro brevibus habendæ sunt, ut וְהַמִּתְיוֹא *wa-hamit-tiyyah*, הַוֶּחֶן *huc-ca*, ubi [.] designat Hhirec parvum, & קַבְבָּעָן *Kibbutz*, pro וְהַמִּתְיוֹא *im* , & חַכָּה *im* .

B R E V E S sequentem attrahunt Consonantem, unde quæ sequitur eas litera , est mobilis, & Vocali destituta, seu Dages forte habet, vel Sjeva quiescens, ut מְקֻלָּה *mak-kel*. ham-mak-kel מְשֻׁלְבָּתָם *shulbatem* bus-lach-tém. Syllabam tamen

absolvere possunt , Pathah, Segol , & Hhirec parvum, Accentum tonicum possidentes, ut יִזְגָּזֵג *ja-jin*, בְּגַד *be-ged*, יִבְנֵן *ji-ven*, כְּמָה *ma*, גִּילָּה *jig-le*.

absol-

absolvunt semper, Pathah, Segol, & Gamets parvum ante Sjeva compositum affine, aut Vocablem brevem ex eo natam.

**יָמֹל** ja-amol. **יְמֹלֹו** ja-am-lou.

**נְאֵסֶף** ne-esaph. **נְאֵסֶפּוּ** ne-es-phou.

**יְעַמֵּד** jo-omad. **יְעַמּוּ** jo-om-dhou.

Item Pathah, Segol, Hhirec parvum, & Kibbutz, posite ante literam quæ respuit Daghæ forte, ut  
**הַחֲרֵב** ba-hhe-rev. **נַאֲצָרָה** ni-ets.

**הַבָּרָה** be-bar. **רַחַץ** ruhbats.

Et Pathah quoque ante eam quæ Daghæ forte abjecit, & adscripto Metheg compensavit, ut **הַלְלוּ** ha-lelou, quod est pro **הַלְלוּ** laudate.

Alibi si syllabam absolventes Daghæ forte aut Sjeva post se non habeant, quod ſis [.] & [:] interdum contingit, pro longis habendæ sunt, ut **חַטְלָנִי**, ubi [.] deli-

designat Hhirec magnum , & [:]  
Sjurec, pro **הַטִּילוֹנִי**.

Quin & hæ duæ pro longis  
quoque non raro veniunt ante  
Sjevatum expressum , & mobile,  
& tunc habent adscriptum Me-  
theg, ut **ירְאֵי ji-re-ou**, **בְּלָג gevoul-**  
**lecha**: tum latens sub ultima di-  
ctionis litera mobili , & tunc Ac-  
centum habent tonicum , ut **צָרִיקָם tsad-di-kim**, **גָּבְל gevoul**. Hhirec ta-  
men cum Metheg initio dictio-  
num polysyllabarum , & cum ac-  
centu tonico in monosyllabis, in-  
terdum est breve , ut **וְבָחוּ jizbe-**  
**hhous**, **הַשְׁחַחוּ bis-ta-hhawou**, **כֵן min.**

Sic Camets parvū à magno dis-  
cernitur, quod syllabam non ab-  
solvat, sed Daghēs forte aut Sjeva  
post se habeat, nullo omnino in-  
tercedente accentu , ut **רְנִי ron-ni**,  
**קְדֻשָּׁה kod-sjo**, **כֵּל col.** magnum au-  
tem

tem ante Daghes accentum habet tonicum; ut **לַמְמָה** lamma, (præterquam in uno **בַּתִּים** battim, *domus* plur. ubi τ εst pro -) & ante Sjeva, euphonicum Metheg, ut **וּמְשָׁרֶת**. Sed ante Sjeva compositum Hhatefcamets, & Camets parvum ex eo natum, etiam intercedente Metheg, Camets breve est, ut **וְהַלְּאֹוּחֹלָה** o-ohlo, **מְאַסְכָּם** mo-of chem, quod est pro **מְאַסְכָּם**. excipitur idquod est n Emphatici, ut **הַאֲלִילָה** ba-oha-lim.

Observa autē Camets parvum (cum non ponitur ante Hhatefcamets, aut ultimam Futuri, ob Waw conversivum) in multis libris scribi cū Sjeva hoc modo τ:, & tunc eo distinguitur ab Hhatefcamets, quod hoc nunquam, illud semper habeat post se Sjeva expressum, aut subintellectū, ut **קְרֵשׁוֹן**, **קוֹדְסֵי**, **יִשְׂמָרֶת**, **חַגְנִין**, **הַבּוֹנְנֶןִין**.

Ex

Ex syllaba una vel pluribus fit Vox. In voce autem consideranda sunt tria, Accentus, Notatio & Mutatio.

## CAPUT V

*De Accentu.*

**A**CENTVS duplex est,  
Tonicus, & Euphonicus.

Tonicus est, quo syllaba aliqua vocis, inter pronuntiandum attollitur; & in singulis vocibus tam monosyllabis, quam polysyllabis unus est, qui hac figura ['] syllabæ apposita in Grammaticis communiter solet exprimi, ut פָקָד, pakád, בְּגָד, béged, פִּנְמִין, pín min.

Sedes ejus in monosyllabis ignorari non potest, ut פֵּן, bén, פָקֹד: in polysyllabis autem (sub quibus & dissyllaba comprehenduntur) in ultima tantum est, aut penul-

penultima; idque pro quantitate  
ultimæ Vocalis: nam

Vltimâ longâ, accentus est in  
eadem, ut רְבָר *da-vár*, פּוֹקֵד *pokéd*.

Quæ Regula in vocibus termina-  
tis Consonante mobili fallit  
nunquam: at vero in finitis quie-  
scente exceptiones habet novem:  
accentum enim in penultima re-  
linquunt

1. Terminationes Verborū  
לִמְרוֹת לִמְרוֹתִי לִמְרוֹנוֹ וּלִמְרוֹנָה זֶת, נַי נָתָת  
חוֹנוֹ אֲנוֹ אֲנוֹת אֲנוֹתָה ut,

2. Hæc Pronomina Affixa

לִפְרָחָה לִפְרָנָה לִפְרָנִי לִפְרָמוֹן

לִפְרָחָה לִפְרָנָה לִפְרָנִי

Item גַּת, cum præcedit Præteriti  
tertia singularis fœminina, ut  
לִפְרָחָה. vel וּ aut וּ quiescens, ut  
לִפְרָחָה, לִפְרָנָה: etiam interceden-  
te Nun epentheticō, ut  
ישְׁבָחוּנָה זֶת laudabunt te.

Anno-

## ANNOTATIO.

voculae **הִנֵּה** ecce, præcedente Sjeva junctæ, accentum habent, ut  
**הַנְּגָן**, **הַנְּגָן**.

3. **הָיָה** serviles in Præterito Imperat. & Futuro Verborum, cum præcedit vocalis longa, aut Dages forte, ut **קֹם** *surge*, **סָבָח** *circuivit*. Præterquam in Quiescentibus ultima **ה**, ubi **ו**. & **ו** accentum semper habent, ut **בְּנֵי** *adificarunt*, **בְּלִי** *detege* f. quod idem interduin accidit **רָא** **ו**. in Imperativo Kal quiescentium media, ut **גִּילֵי** *exulta*, **שׁוֹבֵי** *revertere* f.

4. He Locale & Paragogicum, in Nominibus, Pronominibus, & Particulis, ut

<b>אֶרְצָה</b>	<b>in terram.</b>	<b>הַמָּה</b>	<b>illi.</b>
<b>יְשֻׁעָה</b>	<b>salus</b>	<b>כְּכָה</b>	<b>sic.</b>

Nisi præcedat geminum Sjeva, ut **פָּזְרָה** *in Orientem*.

5. ה Paragogicum in Futuro Verborum Defectivorum secunda, & Quiescentium tertia, ut נְבוֹת predabimur: אַחֲרֵיהֶם incalcescens: & ut plurimum quoque in Imperativo Kal Quiescentium secunda, ut שׁוּבָה revertere.

6. Iod Paragogicum cum Nominis non Participiali, ut שְׁרֵתִי domina: & affixo עַ, ut עַנוּכִי iniquitas tua.

7. ה finale in Nominibus, ut שְׁחוֹ natatio, אַחֲרֵי pratum, חַזְׁוֹ vacuum, יְשֻׁעָיו Esaias:

8. ח in Nominibus proprijs terminatis אַחֲרֵי, ut חַתְּחָא Hattirsjata, אַחֲרֵי שְׁחָרְתָּךְ Artaxerxes.

9. Ultima in his quatuor vocib⁹

נְחִנִּי  
אַנְחִנָּנוּ } nos.

לְפָה  
סְלָה quare?  
Sela.

C

Vlti-

Vltimâ brevi, accentus est in penultima, ut בְּנֵר vestis, יִן vinum.

Excipe

I Pathah omne proprium, ut לְפָר didicit. רַבְּרִי verba mea.

לְזֶעֶר thesaurus. אֲוֹלִי fortassis.

פְּנִינָה Phœnicia. חַשְׁמָל pruna.

non vicarium τῆ Segol, ut נַעַת scientia, ἡ δοctrina, quæ sunt pro ῥᾳ, λέκχοι: aut adscititium, nam hoc syllabam non facit, ut שָׂמֵשׁ audiens, שְׁמַחַת gavisa es.

II Segol quinque in locis.

1 Ante He radicale quiescens, ut רֻעה socius, יְרָאָה videbit. nisi sit geminum, ut בְּכָה fletus; & sic לְמַה cur, ac אַלְהָ hi.

2 Ante מ & נ serviles, ut לְמַרְתָּם didicistis, רַבְּרָכָן verbum vestrum, אֲתָם vos m. נְתָמָא vos f.

3 Ante ו pro ו possum, ut מְצַא inveniens.

4 Ante

4 Ante ultimam radicalem mobilem in Nominibus post τ, ut בָּבֶל Babel, in Verbis post Hhirec, ut זָכַר loquutus est.

5 In quatuor radicalium Nominibus, ut בְּרִיל ferrum.

Quæ autem vox accentum in ultima habet, *Milra*, vocatur, quæ in penultima, *Milel*.

Etsi autem unâ ubique figurâ quę syllaba acuenda sit, exprimere sit facile: visum tamen fuit Ebræis multas excogitare, ut iis simul & orationem in membra sua distinguerent, & modulationis Musicæ in sacrorum libroru lectione observandę, varietatem ostenderent. ita ut duplex hic, præter syllabæ elevationem, sit Accentuum usus, cuius ratione distinguuntur in Reges & Ministros.

C 2 Reges

Reges sunt qui præterquā quod syllabam acuant, & melodiæ inserviant, sententiam quoq; in sua membra distinguunt, & eorum alii sunt Majores, alii Minores.

Reges majores sunt sex

Silluc. ב Zakef-katon. ב

Atnah. ב Zakef-gadol. ב

Revia. ב Segolta. ב

quorum Silluc finem periodi; Athnah, Colon, reliqui Comma designant.

Minores sunt undecim

Zatka. ב Karnepara. ב

Geres. ב Sjalsjeleth. ב

Gerasjajim. ב Tifhha. ב

Pasta. ב Tevir. ב

Pazer. ב Iethiv. ב

Telisja gedola. ב qui

qui minimam omnes distinctio-  
nem, seu Semicomma denotant.

Hanc tamen distinguendi ra-  
tionem præter Silluc reliqui non  
usque adeo rigidè & accuratè sem-  
per servant. Et in libris metricis  
paulo alia est distinctionis ratio:  
utpote in quibus Athnah Com-  
ma non raro designat, ut & Mer-  
ca, virtutem eam fere amittenti-  
bus Revia, & Sakef-katon. Tif-  
hha autem pro Athnah interdum  
venit.

Ministri sunt qui syllabarum  
elevationi, & lectionis melodiarum  
solum inserviunt, suntque octo  
numero.

Munah.	בָּ	Darga.	בָּ
Mahpah.	בָּ	Ierah.	בָּ
Merca simplex	בָּ	Kadma.	בָּ
Merca duplex.	בָּ	Telisja minor	בָּ
	C 3	Appo-	

Apponuntur autem accentus ei syllabæ quæ attollitur, idque infernè vel supernè, prout tabellæ eos exhibent. excipiuntur septem, quorum alij Præpositivi, alij Postpositivi appellantur.

Præpositivi sunt, qui primæ vocis literæ semper adscribuntur, suntque duo,

Telisja major ֤, & Ietiv ֥.  
quibus, in libris Poëticis, non raro quoque accedit Tifhha ֦.

Postpositivi sunt qui ultimæ dictionis literæ semper appinguntur, quales sunt quatuor

Pasta ֨	Segolta ֨
Zarka ֤	Telisja minor ֦

Quam autem syllabam afficiant, ex regulis de sede accentus sciri debet. Sed Pasta, si incidat in dictionem Milel ְ vel Milra habentem Pathah suffuratum,  
aut

aut terminatam gemino Sjeva )  
geminatur, ut prior syllabam af-  
fectam, alter tonum indicet, hoc  
modo

מְיֻחָד	<i>hammájim</i>	aqua.
רוּחַ	<i>rouáh</i>	spiritus.
תְּשִׁבְתַּה	<i>wajést</i>	& babit.
תְּעֹרֶב	<i>jadáat</i>	scivisti.

Id quod reliquis etiam Postposi-  
tivis interdum accidit, ut

וְאֵין וָajiómer & dixit.

מְגַנְּבָה Maßégeth apprehendens.

וְאֵין וָaijakoúmou & surrexerunt.

Atque ex his patet differentia  
inter Pasta & Kadma, Mahpah  
& Ietiv: qui eandem alioqui figu-  
ram habent. nam Pasta ultimæ,  
ut dictum est, literæ adscribitur;  
Kadma in vocis principio, vel  
medio ponitur. Ietiv primam Vo-  
calem precedit, Mahpah in medio  
est, vel fine: quin & hujus genuina

C 4                      figu-

figura non hæc est ַ, sed hæc ָ,  
quæ tamen rarius usurpatur.

Soph-pasuc, & Pesik accentus  
proprie non sunt. Soph-pasuc  
enim, qui crassis duobus punctis  
sic pictus [:] sequitur vocem pos-  
sidentem Silluc, finem tantum  
Versus designat. & Pesik qui rectâ  
pingitur virgulâ, inter duas voces  
hoc modo, הִשְׁאֵל אֶבְהָה pausulam  
solum indicat musicam: neuter  
syllabam aliquam vocis attollit.

Hactenus de Accentu tonico,  
Euphonicus unus est, Metheg di-  
ctus, qui pronuntiationem Voca-  
lis accentu tonico in principio, aut  
medio vocis destitutæ, secundo,  
tertio, aut quarto etiam loco ante  
accentum tonicum, euphoniac  
gratiâ, non nihil suspendit, atque  
reinoratur. Pingitur autem lineâ  
rectâ, sub litera hoc modo, ב, ita,  
ut

ut à Silluc non differat; à quo tamen, vel eo solo facile discernitur, quod Silluc nunquam, hic semper alium accentum post se habeat, ut פָקְרוּ pa-kedbōu.

Est autem Metheg duplex, Genuinum & Spurium.

Metheg genuinum est quod perfectæ Vocali adscribitur: est Primarium & Secundarium.

Primarium apponitur Vocali longæ, & brevi syllabicæ (id est syllabam absolventi) idque duobus in locis, fere perpetuo.

I. Cum ea Vocalis est in eadem dictione ante accentum tonicum tertia, aut, hac syllabam non absolvente, quarta, ut

הַאֲדָם *ha-adám* homo.

מִطְפֵּר *me-a-phár* ex pulvere.

הַרְרִים *he-ha-rim* montes.

יַעֲבֹרְיָה *ja-av-dou* servient.

הַרְטָנִים *ha-rim-mo-nim* malogranata.

פְּעַלְיוֹכֶם *ma-al-le-chém* opera vestra.

Et duæ voces per Maccaph copulatæ pro una habentur, ut

עַשְׂוֵלֹז *a sou-ló* fecerunt ei.

שְׁלֹשׁ-מְאוֹת *sjelos-me-óth* trecenti.

מֶלֶךְ-חָרָשׁ *me-lech-hhadás* Rex novus.

בְּנֵי-יִשְׂרָאֵל *bene-jis-ra-él* filij Israelis.

11. Cum sequitur eas Sjeva simplex vel compositum, ut

שְׁמָרוּ *custodiverunt*. שָׁאַלְוּ *rogarunt*.

יִשְׁבְּבָשׁ *sedebunt*. יַעֲמֹד *stabit*.

וַיַּרְאִי *timebunt*. הַעֲמִיר *statuit*.

הַלְלוּ *laudate*. וַעֲפָר *collocatur*.

גַּבְלָה *terminus tuus*. נָאָזָן *spreverunt*.

Sæpe tamen negligitur ante Sjeva simplex, maxime ad initiale. Concurrentibus autem duabus causis in una voce, geminū etiam in ea est Metheg, ut תְּעֻבּוֹתֵיכֶם *abominationes vestrae*, וְעַבְרָבֶם *benedicam vobis*.

Secunda-

Secundarium apponitur Vocabilibus brevibus Pathah, Segol, & Hhirec parvo , syllabam non absolventibus; idque duobus etiam in locis, sed minus saepe.

I. Cum existentes secundæ ante accentum tonicum, habent post se Sjeva expressum, ut

תְּרִשְׁׂׂעֵד germinet. יְצַחֲקָה. *Itshac.*

יְהֻנָּה meditabitur. מְכִינָה. *Semoralia.*  
& sic fere semper in derivatis ab  
הַיָּה *fuit*, & הַיָּה *vixit*, ut אָזְהַב *sum*  
נְחִיתָ *vivemus*. &c.

II. Cum existentes tertiae ante accentum tonicum , habent post se Sjeva expressum, vel latens in Daghæs, nec ante se Vocalem syllabicam, ut

וְאֶשְׁלֹחַ mittam te. *(t)*

פְּנֵי־גַּנְחָם ne pœniteat.

וְסַלְחַ־לָהּ parcet ei.

Et sic saepe Hhirec parvum Verbi  
Hithpaël

Hithpaël, ut **וַיִּשְׁחַחַת** incurvabi-  
mus nos. Et fere semper Pathah ser-  
vilium **וְכָלֶבֶת**, & Hhirec servilis **מָ**,  
cum sequitur eas litera Daghes-  
sata, cuius Vocalis Metheg quo-  
que habet, aut geminum post se  
Sjeva, ut

**מִיעֲקָב** **אֶ** Iaacobo. **בְּמִחְנָה**  
**puella.** **וַיִּשְׁפַּרְגֵּ** **הַנְּעָרָה** & custodiebant.  
**וַיַּעֲבֹר** **וַיַּפְלֹג** & ceiderunt.

Metheg spurium apponitur soli  
Sjevæ simplici mobili, & fere à  
latere ejus dextero hoc modo **בְּ**,  
Vsurgatur autem, etsi rarius, initio  
tantum dictionis habentis Mac-  
caph, aut accentum distinguen-  
tem, ut

**שְׂאוֹזְרָה** proferte cantum.

**וְנִשְׁׁוּבָה** **וְ** revertetur.

& sic ubique **יְהֹוָה** cum Maccaph.

Cæterum Metheg in locum  
suum substituit interdum ac-  
centum

centum tonicum Munah, vel Kadma, pro ratione accentus sequentis.

Munah ante Sakef-katon, & Re-via ut.

**הַעֲרָה** cætus.

**הַעֲצֵבָה** cruciatis vos.

Kadma ante Zakef-katon, Ge-res, & Darga, ut

**וּמְנֻחָה** oblatio ejus.

**וּיְקַהְלָה** congregati sunt.

**וְאֶלְעָזָר** evasi.

Non raro quoque, in scriptis maximè metricis, Metheg omittitur: sed quod supplere ex regulis supra positis est facile.

## C A P V T VI.

### *De Notatione.*

**N**O T A T I O N E vox est Pri-mitiva, aut Derivativa: Sim-plex aut Composita.

Primi-

Primitiva hic vocatur Radix: & fere constat literis radicalibus tribus, ut **לְפָרָץ** didicit, **אַרְצָה** terra, **יִעַשׂ** quia. raro duabus, idque tantum in quibusdam Particulis, ut **לֹא** non, **מַה** quid? **אֲזֶה** si. aut quatuor; & tunc plerumque, duæ alternatim geminantur, ut **פְּצַחַת** pipivit, **פְּנַמֵּן** palmes, vel secundo aut quarto loco est **ר**, vel **ל**, ut

**כְּרוּסָם** suffudit. **סְלָעָם** locusta.

**עַכְבָּר** mus. **גְּבֻעָל** culmus.

Quæ pluribus constant, rarissimæ hîc, & barbaræ sunt, ut

**דְּרָכָמָן** drachma.

**פְּחַשְׁגָן** exemplar.

**אַחֲשָׁוֵרֶף** Satrapa.

Vox derivativa à Radice fit, vel sola Vocalium mutatione, ut **מֶלֶךְ** Rex, **מֶלֶכְתָּה** regna, à **מֶלֶךְ** regnayit: vel radicalis etiam alicujus subtraktione, ut **בֶּן** filius, à **בְּנָה** edificavit,

שׁ accede, à נָגַשׁ accessit: vel servilium חַשְׁתִּפְרָה adjectione, ut רָמַנְתִּיו cavit sibi, à שָׁפֵר custodivit סְפִיר numeratio, & סְפִיר numerus à סְפִיר יְוָמִים interdiu, à יְמִים dies.

Vox simplex est quæ ex pluribus alijs non est facta, ut

רַסְבָּ viridis fuit, שׁ crevit.

נְכֹפֵר expiatus fuit, חַחְכֹּפֵר idem.

פְּלִגָּ divisit, אֲשֶׁר uxor.

יְשֻׁלָּ salus, יְהֹוָה Dominus.

לֹא si, לֹא non.

Composita, quæ ex pluribus coaliuit, quo modo ex binis præmissis facta sunt

רַטְפָּשָׁ humectatus fuit.

נְחַכְּפָּר expiatus fuit.

פְּלִינְשָׁ concubina.

יְשֻׁעָיָהּ Esaias.

לוֹלָא nisi.

Sed hæc compositionis ratio,  
qua duæ justæ voces coœunt, rara  
est

est in hac lingua ; ut multo frequentissima ea, qua voculæ inseparabiles , ac per se subsistere nesciæ , alijs , tum in principio, tum fine adjunguntur , ut  
**הַפְקִיּוֹת** *præfecit te.*

**רָבֶר** *verbum.* **רָבֶרְכָם** *verbū vestrum.*

**מְלַךְ** *regnare.* **לְסַלְךָ** *ad regnandum.*

**קָבֵר** *sepulchrū.* **בְּקָבֵר** *in sepulchro.*

de quibus in sequentibus fusius. hoc tantum nunc est observandum : Omnes illas voculas , seu particulas contineri etiam undecim illis servilibus sub finem Capitis tertij enumeratis: quæ inserviunt tum compositioni huic , tum derivationi omnium orationis partium, in principio, medio, & fine vocis. sed **אַלְכָשׁ** in principio solum ; **נַטְכָה** in principio & fine, & **חַיִּים** ubique.

## CAPVT VII.

*De Mutatione.*

**M**UTANTVR voces quoad Consonantes, Vocales, & Accentus, mutatione duplice; Regulari nempe, & Irregulari.

Ac Regularis quidem mutatio duplex iterum est; Generalis, respectu omnium orationis partium; & Specialis, respectu singularum. de hac suis deinde videbitur locis: illam hic lubet propnere, & irregularē calcī libri reservare.

Mutantur Consonantes, dum Daghē forte ijs inscribitur, aut inscribendum adimitur.

Inscribitur autem ijs Daghē forte triplex, Characteristicum, Compensativum, & Euphonicum.

D Characte-

I. Characteristicum est quod certam vocis formam designat, estque Medium, & Initiale.

Medium secundæ radicali inscribitur, ut **לִפְנֵי docuit**, **בְּבָבֶן fur.**

Initiale primæ vocis literæ, post præpositam servilem imprimitur: estque Relativum, Conversivum, & Emphaticum.

Relativum est initio vocis post Particulas relatives שׁ, וְ, ut **שֶׁכְכַּה**, **הַזֶּה quod sic,** **הַשְׁבָּה quæ rediit.**

Conversivum est initio Futuri Verborum, post י, quod Futurum in Præteritum convertit, ut **וַיֹּאמֶר dixit.**

Emphaticum, est initio Nomini post Articulum ה, ut **הַמֶּלֶךְ ille Rex.**

quibus accedit Interrogativum, quod inscribitur alteri servili, Nomini præpositæ, post ה interrogacionis

gationis, ut *הַבְשָׁתִים nunquid in ca-*  
*stris? דָּלְבָּן num filio?*

II. Compensativum est quod ab-  
 jectam literam compensat.

Solet autem plerumque abijci,  
 & per Daghēs in sequente litera  
 compensari, cum Sjeva quiescens  
 habet,

I. Nun, ante literam quamlibet, ut

חֲנֹתָה	<i>triticum.</i>	pro	חֲנֹתָה
יִגְשֶׁשׁ	<i>accedet.</i>		יִגְשֶׁשׁ
הַשְׁמֵל	<i>servare.</i>		הַנְשֵׁר
מִבְּבִית	<i>ex domo.</i>		סִנְבִּית

2. Quælibet litera ante similem  
 aliam, ut *כָּרְתָּה scidisti pro*  
*quod & ad affinem, maxime ad*  
*n ante aliam ejusdem organi, in-*  
*terdum extenditur, ut*

סִתְּרֵבָר	<i>סִתְּרֵבָר</i>	pro	סִתְּרֵבָר
יִתְּשַׁחַר	<i>mundabitur</i>		יִתְּשַׁחַר
הַתְּנִפְאָתִי	<i>vaticinatus sum</i>		הַתְּנִפְאָתִי
D 2	quiibus		

quibus interdum accedit ה ante פ  
in Verbo נְקַדֵּחַ accepit ; & , ante ו  
secundam radicalem : de quibus  
post.

III. Euphonicum est quod Eu-  
phoniæ solum gratia literæ inscri-  
bitur , estque Initiale , & Me-  
dium.

Initiale illud est quod primæ  
dictionis literæ ob Dahhic , &  
Athe-merahhic imprimitur , de  
quo supra pag. 22. & 23.

Medium duobus in locis inter-  
dum usurpatur.

1. In litera Sjevata post Voca-  
lem brevem , ut קָדְשָׁןִירָאָרָיָה sanctuarium  
pro קָדְשָׁןִירָאָרָיָה .

2 In qualibet Dagheſſabili Vo-  
calem poſſidente , idque

Vel post Vocalem longam aut  
Segol , ob Silluc vel Athnah ex  
Sjevatas , ut

תְּרִלְגָּת

חרלו cessaverunt. נטחה defecit. ימצעך inveniet te.

Vel post Vocalem longam Accentui carentem, & immediate existentem ante primam radicalem, sub litera servili ; vel ante ultimam radicalem, sub secunda, crescente in fine voce, ut

סב	יסכ
בית	הנית
גמל	גמלים
מן	מגנים
עירום	עירומים

convertet      permisit      cameli pro      clypei      nudi

ubi quia Vocalis longa mutatur in brevem cognatam, ut syllabam mixtam possit constituere, dicitur resolvi in eam & Daghēs, quod & propterea Resolutivum vocatur.

Adimitur literæ Daghēs inscribendum, vel euphonię captandę, vel cacophonię vitandę gratiā.

D ; Eupho-

Euphoniaræ captandæ gratia Da-  
għes abijcitur

I. Sæpe quidem ex litera Sjevata,  
post Vocalem brevem , quæ im-  
mutata manet , & Sjevata in ad se  
trahit, ut

*אַלְלָה Sjil-hhou miserunt }* {  
*הַלְלָה hal-lou laudate }* {  
pro } {  
הַלְלָה }

Pathah tamen non raro fit syl-  
labicum , & propterea assumit  
Metheg , quod Compensativum  
tunc dicitur abjecti Daghēs ,  
ac Sjeva sequens constituit mo-  
bile , ut dictum est pagina deci-  
ma , ut *הַלְלָה ha-lelou* . & sic plerum-  
que excidente Daghēs Conversi-  
vo , aut Emphatico , ex servili-  
bus ? & ♀ , quod sæpiissime con-  
tingit , ut

*וַיְהִי wa-jehi* } {  
*הַמְבָקֵח ba-mecas-se* } {  
*הַיְשׁוּעָה ha-jesjou-a* } {  
pro } {  
וַיְהִי .  
הַמְבָקֵח .  
הַיְשׁוּעָה .

II. Rarius

**II** Rarius ex ea quæ Vocalem possidet, idque

Vel post Vocalem longam habentem Silluc, aut Athnah, quæ manet immutata, ut

יִפְלֹא excindentur, pro יִפְלֹא.

Vel post brevem carentem Accentu, quæ tunc mutatur in longam cognatam, in quam ipsa & Daghēs contrahi dicuntur, ut

תַּחֲפָקָר } pro תַּחֲפָקָר se recensuit.  
תַּחֲלָל } pro תַּחֲלָל decepit.

Cacophoniæ vitandę gratię Daghēs inscribendum adimitur literis עַתְּתָא: haę enim nunquam id adsciscunt, (nisi quod & quatuor in locis, & ר in tredecim id perhibentur habere) inque ejus compensationem Vocalem brevem præcedentem plerumque producunt, ceu mox patebit, ut

מְהֻרָּה	pro	סְהֻרָּה	<i>festina.</i>
סְתֻחָה		סְתֻחָה	<i>festinavit.</i>
בְּרוֹךְ		בְּנוֹךְ	<i>benedic.</i>
בְּרוֹךְ		בְּנוֹךְ	<i>benedixit.</i>

*Observatio.*

Consonans quæ dictionem terminat, geminari nequit, ideoque Daghēs inscribendum simpliciter ubique repudiat, ut סְבִּבָּה pro סְבַּבָּה: sed accedente Vocali, id assumit, ut סְבִּי, unde & potentiam id habere dicitur. In una vocula תְּאֵן tu f. solet comparere.

Mutatur quoque vox quoad literas, per figurā Grammaticas, quibus litera ei in principio, medio, aut fine aliqua, sine significationis mutatione additur, vel adimitur, aut in eadem mutatur, vel transponitur. sed de his postea.

De

*De Mutatione Vocalium.*

Mutatio Vocalium aut communis est literarum omnium , aut specialis gutturalium.

Mutationis communis regulæ hæ sunt.

*De Vocalibus longis.**Regula A.*

Vocales longæ Camets, Tsere, & Hholem , impresso Daghæ literæ sequenti , nisi adsit accentus, mutantur in breves , ut syllabam mixtam possint constituere.

Camets.	} Pathah.
Tsere.	} in Hhirec parvum.
Hholem.	} Kibbutz.

ut	תְּ	integer	תִּפְהָ	integra.
	תְּ	nidus	תִּנְיָם	nidi.
	תְּ	robur	תִּוְרָ	roburejas.

*Regula B.*

Vocales longæ Tsere & Hholem syllabam non absolventes, si

D s accen-

accentum amittant, mutantur in breves, ut syllabam mixtam possint constituere.

Tsere } in } Segol.  
Hholem } in } Cainets parvum.

vt

**וַיֵּשֶׁב** sedet, **וַיִּשְׁכַּב** sedit.  
**וַיָּכֹלְתָּ** potuisti, **וַיָּכֹלְתָּ** poteris,  
**מַלְךָ** regnare, **מַלְךָ-מֶלֶךָ** regnare regem.  
Abjecto tamen accentu ob Macaph, manent non raro immutatae, uti patebit in ejus doctrina.

Cainets autem syllabam mixtam constituens accentum non amittit.

### Regula C.

Vocales longæ Cainets, Tsere, & Hholem, celerioris pronuntiationis gratia, sape corripiuntur in Sjeva, cum vox in fine crescit, aut à sequente ob constructionem premitur, vt

**זָבֵר**

*verbum*, זְבָרִים וְבָרָרִים *verba.*

זְבָרַת נֶפֶלְךָ *verbum regis.*

לְבָבְךָ *cor,* לְבָבּוֹ *cor ejus.*

לְבָבֵב הָעָם *cor populi.*

פָּגַל pugillus, קָפָל pugilli.

Nunquam tamen cum impuræ sunt, seu Daghæs vel quietem includunt.

Daghæs autem includunt cum ponuntur pro brevibus & omisso Daghæs literæ sequentis, ut

חָרֵשׁ *faber* pro חָרֵשׁ *fabri.*

חָרֵשׁ הַטְּצִים *faber lignorum.*

Quieteim includunt cum habent posse literam quiescentem, eamque expressam, vel omissam & latentem, ut

הַיְכָלֵל *templum* הַיְכָלֵל *templum ejus.*

קְמַח seges קְמַח seges ejus.

quorum illud habet quatuor radicales, hoc est à radice קַוְם surgere, ita

ita ut secunda radicalis Wavv lateat post Camets primæ.

*Regula D.*

Vocales longę Hhirec & Sjurec  
nec in Sjeva unquam mutantur.  
nec amissō accentu corripiuntur.  
nec Daghēs post se accipiunt.  
literæ tamen earum quiescentes ɻ  
& ɻ, cum Vocalem coguntur recipere, quod interdum contingit,  
ipsæ possunt dagheſſati, Iod post  
Hhirec parvum, & Wavv post  
Kibbutz, sed in ɻ mutatum, vt  
*cogitatio* מְשֻׁבֵּית cogitationes.  
*regnum*, מֶלֶכִיּות regna.  
quin & metu Daghēs post se adscribendi, recusant quoque præcedere literam finalem, quæ virtute id habet, mutaturque ante eam  
Hhirec in ɻ, & Sjurec in Hholem,  
ut סָבָב pro חַסִּינָה à

*Regula*

## Regula E.

Vocales longæ Hhirec , & Sjurec non ferunt post se Sjeva quiescens in medio dictionis , & eo sequente , vel mutantur ipsæ , Hhirec quidem in Pathah , vel Tsere , vt

הַפְּקִירָתָה præfeciſti , } הַפְּקִרְתָּה .  
תַּפְּקִירָנָה præficienſt , } pro תַּפְּקִרְנוֹנָה .  
Sjurec vero in Hholem , vt

קוֹמְנָה קְמֻנָה surgite , pro .  
vel mutant Sjeva in Vocalem perfectam , vt

הַבְּיִינָתָה intellexisti , } הבְּיִינָה .  
מְשׁוּבָנָה revertentur , } pro מְשׁוּבָנָה .

## Regula F.

Camets & Tsere ultimæ syllabæ , in Pathah quoque sæpe mutantur , vt

יָד manus יְדֵי יְהוָה manus Domini .

זָקָן senior זָקָן בֶּן senior domus ejus .

De

*De vocalibus brevibus.**Regula G.*

Vocales breves Pathah, Hhirec parvum, & Kibbutz, adempto Daghēs literāe sequenti, mutantur in longas, ut syllabas puras possint constituere.

Pathah } Camets.

Hhirec parvum } in Tsere.

Kibbutz } Hholem.

ut בָּרוּךְ benedic } בָּרוּךְ בָּרוּךְ pro  
 • בָּרוּךְ benedixit } בָּרוּךְ בָּרוּךְ  
 בָּרוּךְ benedictus est } בָּרוּךְ בָּרוּךְ

Atque hoc perpetuum est ante indagessabilem ר, non item ante reliquas אַחֲרָיו, quippe quae s̄epe Daghēs Characteristicum (raro Compensativum) non cōpensant productione, ita ut Vocalis brevis maneat, & syllabam absolvat, ut

מְהֻרְבָּן festinavit } מְהֻרְבָּן pro  
 יְמֻרְבָּן festinabit } יְמֻרְבָּן

ANNOTA-

## ANNOTATIO.

De literis עֲתָהֶן Dages omissum  
non compensantibus.

*Non solent productione Vocalis brevis  
precedentis compensare omissum Dages  
Characteristicum,*

I. ה & ח in Piel & Hithpael, ac Nom-  
inibus a Piel derivatis, ut

מִתְהַר mundavit בָּחוֹר juvenis.

מִרְחָם misereri נְחוּם consolatio.

מִתְהַר mundatus est לְהַבָּה flamma.

מִתְהַר se solatus est נְחַטָּה consolatio.

II. א & י in Piel: ut

בָּעֵר blasphemavit בָּעֵר accedit.  
exceptis Verbis.

בָּאֵר declaravit בָּאֵר renuit.

בָּאֵר detestatus est בָּאֵר polluit.

בָּאֵר ornavit צָעֵה peregre egit.

& extra Præteritum quoque

מָאֵר mœchatus est חָאֵב abominatus est.

מָאֵר sprevit חָאֵח definivit.

שָׁאֵל petiit נָעֵר excusfit.

item בָּעֵר accedit in Infinitivo, &  
חָאֵב abomina-

abominatus est interdum in Futuro, &  
Participio.

III. ח in Pual; ut רְחֵץ lotus fuit.

IV. ה, ח, ו, post ח Emphaticum, ut  
templum הַחִילּוֹן fenestra.

Excipe triplicia

1. ו, & interdum quoque ח, non Ca-  
metas, ut הָטָב vespera vivus.

2. ח ו ע Cametsas in monosylla-  
bis, ut סָפָר populus mons.

3. ה in Affixis ח, הַנְּסָמָם illi הַנְּסָמָם illæ

Post Camets parvum Dages Char-  
acteristicum excidit nunquam: post Segol  
raro, idque sine Compensatione, ut שָׁעַל, שָׁגַל  
qui ascenderunt, instar שָׁגַל.

Dages autem Compensativum emis-  
sum, haec literæ non minus quam ר semper  
compensant, ut אֲהָרָג occidat non אֲהָרָג  
præter ח in Præterito Kal defectivi se-  
cunda radicali, & Niphal defectivi  
prima ג, ut  
שָׁחוּ incurvarunt se נְחַם se solatus est.

Regula

## Regula H.

Pathah & Segol celerioris pronuntiationis ergo s̄æpe corripiuntur in Sjeva , illud quidem in Verbis ; hoc vero extra Verba, ut

**dixit** אָמַרְתִּי **dixerunt.**  
**vestis** בְּגָדִי **vestis mea.**  
**coram** נֶגֶרִי **coram me.**

## Regula I.

Vocales breves ante Sjeva, copereunte (nisi ipse in Sjeva corripiantur ) mutantur in longas , ut syllabam possint absolvere.

Pathah	in	Camets.
ׁׂ & Hhirec p.		Tfere.
ׁׁ p. & Kibbutz		Sjurec.
& sic		Shadim.
à	{	{
	{ יְבִיןְיָם	{ יְבִיןְיָם
	{ הַבִּיןְבִּיןְיָם	{ הַבִּיןְבִּיןְיָם
	{ חַבִּיןְבִּיןְיָם	{ חַבִּיןְבִּיןְיָם
	{ סַבִּיןְבִּיןְיָם	{ סַבִּיןְבִּיןְיָם
E		Segol

Segol tamen dictionē finiens inmutatur, ut בְּגָרִים vestis, בְּגָרֶת vestes: & sic quoque cum penultimam syllabam absolvens accentū amittit, ut מַלְכָה regnum, מַלְכָות regna.

Pathah autem finale interdum assumit Dages, quod pro resolutivo habendum est, ut אֲגָם stagnum אֲגָם stagna pro אֲגָם אֲגָם.

Cæterum Vocalis brevis, cum accentum obtinet, non raro quoque manet, ut

גַּלְלָה à גַּל fit גַּל & גַּל.

### Regula K.

Pathah ultimæ ac penultimæ syllabæ, & Segol penultimæ ante alterum Segol, nacta Silluc aut Athnah mutantur in Camets, ut

אָמֵר dixit	}	pro	אָסֵר
שְׁלִיחָה misisti			שְׁלִיחָה
רֹאשׁ via.			רֹאשׁ
			rarius.

rarius manent immutata , ut תְּגַתָּה  
 dimittas לֹרֹוחַ descendere ; & sic ut-  
 plurimum - in עַד eternitas ; sem-  
 per vero :: in מלך Rex .

Pathah autem finale in Futuro  
 Kal Verborum quiescentium pri-  
 ma :: , non in Camets , sed in  
 Tsere mutatur , ut

יאכֵל comedet } אֲכֵל  
 יאכֵד peribit } pro אֲכֵד  
 sicut contra isti accentus in Ver-  
 bis :: interdum in - mutant , ut  
 יגִפְלֶל ablactabitur } גִּפְלֶל  
 תְּרַמְּסָנָה conculcabitis } pro תְּרַמְּסָנָה  
 Cæterum prædictam virtutem  
 habent interdum & alij Reges ,  
 presertim Zakef-katon , & reliqui  
 maiores , rarius minores , ut

עַבְדָּר servus.	} pro	עַבְדָּר
אֲכֵל edit.		
אַרְצָה terra.		
שָׁאַג rugjt.		

## Regula L.

Segol finale ante literas  
in Sjeva saepe mutatur, ut

בְּגַר כִּפְתָּח abducet. } ישׁב pro { יְשַׁב  
יְרֵד dominabitur. } יְרֵד pro { יְרֵד

idem etiam interdum, licet rarius,  
fit ante literas טֶפֶת, ut

חֲטֹאת peccatum.	pro	חֲטֹאת
יְשַׁק potabit.		יְשַׁק
קֶשֶׁת veritas		קֶשֶׁת

## Regula M.

Permutantur quoque interdum  
sine necessitate inter se Vocales co-  
gnatae:

Longæ, & .. , item וְ & וּ, ut		
הַזְמִינָה sustentans	pro	טוֹמֵךְ
יְרִיכָה applicabit		יְרִיכָה
יְשֻׁב revertetur		יְשֻׁב
חַסְטוֹר custodit		חַסְטוֹר
Breves Camets parvū & Kibbutz,		
הַשְׁלֵךְ projectus fuit	pro	הַשְׁלֵךְ
עִזָּה robur tuum		עִזָּה

& sic pro Pathah veniunt interdum Hhirec parvum & Segol, ut

יְלָרַתִּי *genui* }  
שְׁאַלְתָּס *petivisit* }  
De Mutatione Sjeva simplicis.

Regula N.

Sjeva simplex initio dictionis ante simplex alterum, ne tres literæ Vocalem præcedant, mutatur in Vocalem brevem Hhirec; rarius in Segol, aut Pathah: ut

בְּגַרְיִי	} pro {	בְּגַרְיִי
שְׁמַעְיִי		שְׁמַעְיִי
נְגַרְיִי		נְגַרְיִי
בְּסַפְיִי		בְּסַפְיִי

Regula O.

Sjeva simplex initio dictionis ante cōpositum mutatur in Vocalem brevem composito cognatam, ut

כְּאֶשֶּׁר <i>sicisti</i>	} pro {	כְּאֶשֶּׁר
לְאַנוֹשׁ <i>homini</i>		לְאַנוֹשׁ
בְּאַנוֹיוֹת <i>in navibus</i>		בְּאַנוֹיוֹת

Regula

## Regula P.

Sjeva simplex post Hhirec sub  
Iod non dagheffato, excidit, ut  
יְבָשׁ *arescat* }  
כִּים *ut diebus* } pro {

## De Sjeva composito.

## Regula Q.

Sjeva compositum sequente  
Sjeva simplici mutatur,  
initio dictionis in Vocalem bre-  
vem ex qua compositum est, ut

ab { עֲבָדִים *servi*.  
חֶרְשִׁים { מְנֻסֶּה *menses*.

(Excipe -: & :: in Imperativo  
Kal, quæ sequente Sjeva mutan-  
tur in Hhirec, ut

עֲבֹד *servi* עֲבֹד *servite.*

אֱמֹר *dic* אֱמֹר *dicte.* )

in medio autem, modo in Voca-  
lem brevem, modo in Sjeva sim-  
plex, fere indifferenter, ut

יעמֹר

יְעַמְרוּ }  
 יְחַדְלֵי } & {  
 הָעַמְרוֹי } pro {  
 (cumque posterius hoc Sjeva ve-  
 nit ab Affixo, -- & :: sepe in-  
 ter se commutantur, ut

יְחַרְסִים }  
 pro { {  
 יְאַסְפָנֶג } à {  
 יְאַסְפָנֶג } )  
*Regula R.*

Sjeva compositum post Voca-  
 lem brevem affinem -, :, & τ par-  
 vum, non sequente Sjeva simplici,  
 et si plerumque maneat, interdum  
 tamen in Sjeva simplex redit, ut

תְּחַטָּס }  
 יְחַסְר } pro { {  
 תְּחַתְּלָה } fasciari.

interdum etiam cum præcedente  
 brevi in longam cognatam coale-  
 scit, -: - in , τ :::: in .. , τ:τ in i,  
 litera ejus si sit א, quiescente, ex-  
 plicitè aut implicite, ut

וְאַעֲלָה	pro	וְאַעֲלָה	seponet.
הַכִּיל		הַאֲכִיל	cibare.
לְאֹמֶר		לְאֹמֶר	dicendo.
חַחֵי		הַאֲחֵי	adducite.

( Pathah tamen ante vocem אָרוֹן Dominus manet immutatum , ita ut -: simpliciter excidat.

לְאָרְנוֹנִי domino meo { pro  
( בְּאָרְנוֹנִי in Domino {  
Si autem litera ejus sit עַחַת , mo-  
vetur per -: , ut

הַעֲמִיד { הַעֲמִיד  
הַעֲמֵד { הַעֲמֵד

*De utroque.*

*Regula S.*

Sjeba utrumque tam simplex quam compositum, mutatum ob Sjeba sequens alterum, hoc sublato, redit, ut

שָׁמַעַנְאָדָה שָׁמַעַנְאָדָה { & שָׁמַעַנְאָדָה .  
עַמְרוֹנָה בָּאָדָה עַמְרוֹנָה {  
עַמְרוֹנָה בָּאָדָה עַמְרוֹנָה {

*Regu-*

## Regula T.

Sjeva utrumque duobus in locis recusat poni ante Silluc, aut Athnah: & interdum etiam ante alios Reges, maxime Zakef-katon, & Revia.

I. Ante terminations Verborum id est הַיְ וְ, & וּ, itemque הַ paragogicum, ubi redit in Vocalēm ex qua natum est, scilicet in יָ וְ, וְ, vel וּ; quę restituta, trahit ad se accentum, à quo & - in - convertitur, iuxta Regulam K, ut

פִּקְרֹה	פִּקְרֹה	פִּקְרֹ
אֲחַבֵּי	אֲחַבְּךָוּ	אֲחַבּ
יְכַלּוּ	יְכַלּוּ	יְכַלּ
שְׁמַתִּי	שְׁמַתִּי	שְׁמַתּ
גְּנַקְרֹבָה	גְּנַקְרֹבָה	גְּנַקְרֹבּ

Excipe וְ וּ duobus in locis.

i In Imperativo Verborum quiescentium ultima הַ, ubi Sjeva manet immutatum, ut בְּנִי ædifica, ædificate, à בְּנָה ædificavit.

2. In Futuro, cum **נ** Paragogico; ubi mutatur quidem Sjeva, sed accentum in ultima relinquunt, ut

**ישאלוּן** interrogabunt } **חֲרַבְקָן** adhærebis } pro }

II. Ante Hhirec longum terminans dictionem monosyllabam: ubi mutatur in **ו**, si sit simplex aut **ו:** vel **-:**, in **ו** vero, si sit **-:**, ut

<b>פְּרִי</b>	<b>fructus</b>
<b>לְחֵי</b>	<b>maxilla</b>
<b>יְהִי</b>	<b>sit</b>
<b>עֲרֵי</b>	<b>ornamentum</b>
<b>חָלוֹן</b>	<b>infirmitas</b>

Ab **חַזְיָה** tamen ego, fit **אֶנְיָה** & à **אֶנְיָה** **dimidium**.

Cæterum his accedit Sjeva ante Affixum **ו**, ut

**רְבָרָךְ** **verbum tuum**, pro **רְבָרָךְ** quod tamen cum servilibus **בְּ** & **לְ** itemque Particulis **אֶם** ac **תְּאֵן** non mutatur, sed cum sequente Cämets locum permutat, ut

**כְּךָ**

בְּ	pro	בְּ	<i>in se.</i>
לְ		לְ	<i>tibi.</i>
עַמְּךָ		עַמְּךָ	<i>tecum.</i>
אֶתְּךָ		אֶתְּךָ	<i>te.</i>

Atque hęc sufficient de mutatio-  
ne Vocalium generali.

Mutatio specialis, propter lite-  
ras gutturales, Regulas habet se-  
quentes.

### Regula ॥

Literæ gutturales abhorrent à  
Sjeva simplici : mobile nunquam  
recipiunt, & raro quiescens.

Et γχν quidem nunquam re-  
pudiant quiescens cum habent  
post se , vel ante se accentum to-  
nicum, ut

פָּנָס fons פָּמָעָנוּ audivimus.

מְחִיתָה vicitus שְׁלֹחָנוּ misimus.

יְהִיא erit בְּבָהָנוּ exaltatimus.

&

& non raro quoque id admittunt, cum habent post se aliquam literam servilem cum Pathah, Segol, aut Camets parvo, ut

**שְׁמַעֲרָם** audivisti **יְעַמֵּר** statuet.

**שְׁלֹחָם** misisti **הַעֲמִיר** statuit.

**גְּבֻהָּם** exaltati estis **הַעֲמִיר** statutus est.

(Et posteriore conditione eis interdum accedit ו, ut **מְנַגֵּן** rei erimus.)

Item in Nominibus quibusdam propriis, ut **נַעֲמָן** Naaman, **נַחַשְׂיוֹן** Nahhsjon, **יְאָזָזֶר** Iaazor.

Alibi gutturales pro Sjeva simpli- ci sumunt compositum, juxta se- quentes Canones.

### Regula ב.

Pro Sjeva mobili gutturalis ha- bet Hhatefpathah; in medio di- citionis semper, ut

**פְּעַלָּה**

פְּעַלּוֹ fecerunt }  
 יְפְּעַלּוֹ facient } pro  
 בָּעַרְוִי accenderunt }  
 פְּעַלּוֹ יְפְּעַלּוֹ בָּעַרְוִי

in principio dictionis plerumque:

ut	אֲכִילָה	esca	pro	אֲכִילָה
	תֵּלֶךְ	ire		תֵּלֶךְ
	חֲסֹרָה	asinus		חֲסֹרָה
	עַסְךָ	stare		עַסְךָ

interdum enim h̄ic est :: &  
 τ̄. Hhateph-segol habent sextuplicia.

1. & Nominum inceptorum ab  
 אָלוֹן & אָלִי,

אָלִיהוּ Elias אליה Deus.

2. & sequentium vocum.

אַשְׁוִין nigredo.  
 אַנְזָב fides.

אַרְוָם idem Edom  
 אַזְתִּיב fortitudo.  
 אַזְוִי idem.

אַזְוֵל ad.  
 אַלְלָה veritas.

3. &

3. & in Imperativo, & ut plurimum quoque Infinitivo Kal Verborum inceptorum ab אָמַר, ut  
**אָמַר dicere אֶחֱבָה ama.**

4. ה Hiphil quiescentium media radicali, in tertiiis personis Præteriti, affixa habentibus, ut

**הֲסִיחָנָה occidit me.**

**הֲסִיחָה occidit eum.**

**הֲסִיחָה occiderunt eum.**

paucissima tamen etiam interdum hic Hhatef-pathah habent sicuti contra in primis & secundis personis interdum, licet rarissime, est ה, ut **הַפְּרִזּוֹת bene fecisti**, & sic **הַסִּירָה removere tuum**, in Infinitivo.

5. ה & ה in Verbis **הִיה fuit**, & **הִיה vixit**, (quæ tamen interdum etiam, licet rarius, ה have) ut **הַיִקְם fuitis**, **הַיִתְם vixistis**.

6. י in tribus Nominibus **יְרֻבָּר pistillum**, **עֲנֵנִית humiliatio**.

Hhatef-ca-

Hhates-camets initio dictionis  
sub gutturali pro Sjeva simplici  
habent

1. Dictiones formæ קָרְבָּן cum  
Hholem est corripiendum, ut

לְהַלֵּם אֲחַלִּים tentoria.

2. Quatuor voces formæ,  
חַלִּי agritudo & אַנְיָה & אַנְיָה navis.

חַרְבִּי astus עַנְיָה afflictio.

quod & aliæ imitantur, ut

דְּבָרִים קְרַטִּים sanctitates.

### Regula 2.

Pro Sjeva simplici quiescente li-  
tera gutturalis habet Sjeva com-  
positum affine Vocali brevi præ-  
cedenti, id est

post	Pathah	Hhatef-pathah.
	Segol	Hhatef-segol.
	ת parvum	Hhatef-camets.
ut	יעמִיר יְעַמֵּר	statuet.
	אַעֲמֹד אַעֲמֹד	stabo.
	הַעֲמָךְ הַעֲמָךְ	statutus est.

Si

Si præcedat : id in τ parvum mutatur, & gutturalis habet τ, ut

**סָעֵם ר** *statutus* pro **סָעֵם ר**

Si vero præcedat Hhirec parvum, id in Segol mutatur, & gutturalis recipit Hhatef-segol, ut

**הַעֲמִיד** *statuit* pro **הַעֲמִיד**

si tamen primam radicis υ sequatur Hholem, mutatur Hhirec in Pathah, & gutturalis recipit Hhatef-pathah, ut

<b>יְהִלֶּךְ</b> <i>ibit</i>	<b>יְחִבֵּשְׁ</b> <i>pro</i>
<b>יְחִבֵּשְׁ</b> <i>ligabit</i>	
<b>יְעַמֵּד</b> <i>stabit.</i>	

Idem fit si primam radicis υ aut sequatur Segol, aut præcedat נ Niphal, in Verbis quiescentibus ultima ה, ut

<b>יִשְׁחַח</b> <i>faciet</i>	<b>נִשְׁחַח</b> <i>pro</i>
<b>נִשְׁחַח</b> <i>factus est</i>	

raro alias in Niphal & Hiphil est  
— pro :: :

Mutatur

Mutatur tamen :: in :- in  
Præterito Hiphil, cum ei præfigi-  
tur i conversivum, ut  
*auscultavisti, וְאָנוּחַ auscultabis.*

## Regula 7.

Literæ Gutturales non tolerant  
ante se -: sub n, sed mutant id in  
Pathah, ut

*הַעֲתָה an tempus?* }  
*הַחֲלֹתִי incepi.* } pro {  
הַעֲתָה  
הַחֲלֹתִי

## Regula 8.

Literæ gutturales habentes Ca-  
mets, aut Hhatef-camets, non fe-  
runt ante se Pathah, sed id in Se-  
gol mutant, ut

*וְחַנְחָם se solabitur.* }  
*וְהַחִתָּה an fuit.* } pro {  
וְחַנְחָם  
וְהַחִתָּה  
*בְּחֶרְשִׁים in calendis.*

in penultimo exemplo Pathah etiam erat pro-  
-: juxta Regulam precedentem; uti & in ulti-  
mo, in quo tamen *ה* latet.

F

## Regula

## Regula 1

Literæ gutturales penultimæ dictionū existentes, pro  $\text{v}$  amant -, ut  $\text{חָרֶב exarsit}$ , pro  $\text{חָרֶב}$ ;  $\text{יְחִידָה species}$ , pro  $\text{חָרֶב}$ : & sic reliqua omnia Nomina hujus formæ, exceptis tribus,  $\text{לְהַלֵּךְ tabernaculum}$   $\text{בְּאֹשֶׁר fætor}$   $\text{כְּפָנָן pollex}.$

## Regula 2

$\text{n}, \text{n}, \& \text{y}$ , ultimæ dictionum literæ, si non habeant ante se A, id est - vel -, adsciscunt Pathah suffuratum, ut

$\text{מְלֻלָּה missus}$        $\text{מְלֻלָּה unctus.}$

$\text{עֲדִים audiens}$        $\text{עֲדִים altus.}$

quod ut necesse non habeant, mutant præcedentem Vocalem in Pathah, breves quidem -, & parvum, semper, ut

$\text{יְשִׁיר salus}$	$\left\{ \begin{array}{l} \text{pro} \\ \text{וְתִינְחַ}$	$\text{יְשִׁיר.}$
$\text{וְתִינְחַ quievit}$		$\text{וְתִינְחַ.}$

Longas

Longas autem .. & .. s̄æpe, ac penè indifferenter. nunquam tamen cum habent Silluc, vel Athnah. uti nec unquam Sjurec, nec Kibbutz, quia id pro Sjurec ponitur, neque enim aliter occurrit in fine, ut בְּתַחְתָּה fidens, pro בְּתַחְתָּה.

*Regula n.*

n, m & y penultimæ dictionum literæ si habeant Sjeva ante Sjeva, mutant suum Sjeva in Pathah raptum (seu suffuratum) ut

שִׁמְעָנָה	audivisti f.	}	pro	שִׁמְעָנָה
גְּבֻחָת	excelluisti f.			גְּבֻחָת
שְׁלֹחָת	misisti f.			שְׁלֹחָת

*Regula t.*

n & y penultimæ dictionum literæ si habeant Segol post Segol mutant utrumque in Pathah, ut

נֶעֶר	puer	}	pro	נֶעֶר
שְׁחָת	fossa			שְׁחָת
שְׁוֹמֵנָה	audiens			שְׁוֹמֵנָה

תְּחִמָּה tamen *uterus* scribitur saepe  
רְחוֹם, & sic semper dicitur לְחִמָּה pa-  
nis, non לְחֵם.

## Regula 3.

& penultima dictionis litera ha-  
bens Segol post Segol, conflat ex  
ambobus Tsere, in quo ipsum  
quiescit, ut

מַזְאַת *inveniens*, pro מַזְאַת  
interdum tamen ipsi subjicitur  
hoc Tsere, & literæ præcedenti  
Sjeva, ut dicatur מַזְאַת.

## Regula 4.

Literæ עַתָּה initio dictionis re-  
spuunt Hhirec breve, & pro eo  
recipiunt Pathah, si Hhirec istud  
descendat ex Segol vel Camets, ut

חֲכָם { חֲכָמִי { pro { חֲכָם  
עַבְרָר { עַבְרִי { עַבְרִי  
vel Segol, si Hhirec istud nascatur  
aliunde, ut

אֶפְקָר

וַיִּפְקֹד עַל אֶפְקָד visitabo }  
 חֲרֵסָנוּ sagena ejus } pro {  
 & sic à שְׁעָר decem, fit עַשְׂרִים viginti.

Admittunt tamen etiam interdum Hhirec breve, ut

בְּעֵם cum אֲשֶׁר uxore ejus.

בְּאִסְטָן si mater ejus.

& sic saepe ante Daghēs compensativum, ut נְקַבָּה incurvabor pro אֲנָכְפָּתָן, אֲנוֹלֵד nascar pro אֲנוֹלֵד. semper autem ante Daghēs characteristicum, ut אֲבָרָבָר perdidit, חַלְלָל polluit, עַלְלָעָה texit: sed quo excidente, venit Segol, ut

בְּאֲשֶׁר כְּמָם ab שְׁאַלְלָה pro אֲשֶׁר כְּמָם חַיְוָן וְחַיְוָנוּ & ante secundam radicalem in Imperativo Kal, ut

עֲבֹרוּ edite servite.

Cæterum & ה, licet raro, repetitur etiam habere v pro Hhirec parvo, ut הַרְאָה ostendit pro הַרְאָה.

## Regula 7.

נ & י finales, Camets præcedens interdum vertunt in Pathah, ut

רַע malum } pro { רַע  
אַצְבָּע digitus } pro { אַצְבָּע

## Regula 8.

נ & י penultimæ dictionum literæ pro Camets parvo interdum sumunt Pathah, ut

וַעֲזָבָב volabat, pro וַעֲזָבָב

## Regula 9.

Gutturalis Cametsata Tsere servilis elisæ, sub litera præcedente, interdum in Segol mutat, ut

בְּהִרְגָּג בְּהִרְגָּג } pro { בְּהִרְגָּג  
בְּהִעְטָף בְּהִעְטָף } ex { בְּהִעְטָף

Sic & alias interdum literæ gutturales mutationes causant: verum cum eæ generales non sint, præstabit eas hic illic suis locis indicare.

Appen-

*Appendix de litera ῥ.*

Litera ῥ, in Vocalium mutatione gutturales interdū imitatur, in eo maxime, quod in fine dictio-  
nis existens amet ante se Pathah.

*De Mutatione vocis quoad  
Accentus.*

Mutatur vox quoad Accentus tripliciter,

1. Dum alter ijs ultra necessa-  
rium adiicitur.

2. Dum necessarius sedē suam naturalem mutat.

3. Dum voci detrahitur.

I. Adiicitur voci accentus secun-  
dus præter eum qui syllabam pri-  
mariam attollit, sæpe quidem in  
libris Poëticis; rarius in alijs, idq;  
vel in eadē syllaba, quæ accentum  
habet necessarium, vel in alia.

Cum in eadem id sit syllaba,  
tunc, pro ratione accentus, fere

F 4 indi-

indicatur diversitas melodiae aut distinctionis que in ea voce potest observari, ut **הָלֹוְתָא דֵתַעַס** Deus tuus, **תִּתְּנֵה** iste.

Cum in diversis id sit: tunc alter, is nempe qui non inservit syllabæ primariae attollendæ, melodiae solum inservit, ut **לְצִים** *irrisores* **וַיְבָנֶה** intelligat.

II. Sedem suam naturalem mutat Accentus dum trajicitur, vel ex penultima ad ultimam, vel ex ultima ad penultimam.

Ex penultima ad ultimam trajicitur Accentus non distinctivus, in Personis Præteriti Verborum penacutis, (præter primâ Pluralem) cum eis præponitur, convertens Præteritum in Fururum, nec sequens dictio habet accentum in prima, ut **שָׁמַרְתָּ** *custodivisti* **וְשָׁפַרְתָּ** *custodies*. **יְכַלָּתָ** *potuisti* **וַיְכַלָּתָ** *poteris.*

ubi Hholem mutatur in parvum juxta regulam B.

**loquutus** שׁוֹלְדוּתִי & loquar.

**monuisti** מָנוּבֵיתִי & monebis.

**divisit** דִּבְרֵילַה & dividet.

**præcepisti** צִוִּיתִי & præcipes

**posuerunt** שָׁמְרוּ & ponent.

**circuivit** סְבַחַת & circuabit

Quiescentia tamen ultima radicali, in prima Conjugatione, rarius in secunda; & pauca quedam alia, maxime in tertijs personis, accentū in penultima retinent, ut **invenies** שׁוֹלְדוּתִי וְמִצְאֶתִי **loquar** שׁוֹלְדוּתִי וְהַפְּקִיעַתִּי **perficiā** שׁוֹלְדוּתִי וְכָלִילִתִי **preficies**

Ex ultima ad penultimam traiicitur accentus tribus de causis.

1. Ob vicinitatem alterius accentus in sequente dictione.

2. Ob conversivum Futuri, & Particulam אל Ne.

3. Ob distinctionem.

I. Ob

## I. Ob vicinitatem alterius accentus.

Accentus non distinctivus in ultima vocis cuius penultima est longa, nec immediate ante se habet Accentum alium, si sequatur vox habens Accentum in prima, migrat ad penultimam, ut vitetur Accentum concursus, ut

**קָרָא** *vocavit.*

**קָרָא לִילָה** *vocavit noctem.*

**לְתַחַת** *dare.*

**לְתַחַת לְנֵנוּ** *dare nobis.*

**תְשׁוֹב** *revertatur.*

**תְשׁב נָא** *revertatur quæso.*

in quibus ultima corripitur juxta regulam B.

Idem fit cum vox posterior Accentum habet in secunda, & composita est ex monosyllabo ac Prepositione, aut litera servili, ut

**שָׁבֵר** *conduxit,*

**שָׁבֵר עֲלֵינוּ** *conduxit contra nos.*

**שָׁאַל** *interrogavit.*

**שָׁאַל הָאָישׁ** *interrogavit vir.*

Confu-

Confusionis tamen evitandæ gratiâ non solet retrocedere accentus tribus in locis,

1. In Participio Præsenti Kal non quiescentis ultima radicali, ne confundatur cum Nominе formæ קְרַב, ut יָצַר קְרַב *formans oculum.*

2. In Themate Kal formæ לְעֵד, ne confundatur cum forma מִתְחַדֵּה, ut חֲזַב בְּנֵי *excidit in ea.*

3. In Præterito Plurali Verborum quiescentium ultima ה, ne confundatur cum quiescentibus media radicali, ut עֲנָנוּ בְּנֵי *opprefferrunt me.*

Cum penultima Vocalis est brevis, vel alium accentum ante se habet: manet interdum accentus: sed communiter excidit, voce cum sequenti per Maccaph juncta. raro, penultimâ brevi,  
ad

ad antepenultimam reperitur descendere.

2. Ob i conversivum Futuri et Particulam לְגַנֵּה.

i conversivum præpositum Futuro inchoato à literis הָיָה, & terminato radicali mobili, quam præcedunt duæ Vocales longæ, Accentum trahit ex ultima ad penultimam, (modo is non sit majoris distinctionis, maxime Silluc, Athnah aut Zakef-katon,) & ultima corripitur juxta Regulam B.

וְלֹחֶם pugnabit וְלֹחֶם pugnavit.

וְגַרְשֵׁנִי expellet וְגַרְשֵׁנִי expulit

וְאָמַרְתִּי dicet וְאָמַרְתִּי dixit.

וְיִשְׁבֶּן sedebit וְיִשְׁבֶּן sedit.

וְקַם surget וְקַם surrexit

וְיִסְבֶּב circuibit וְיִסְבֶּב circuivit.

Idem fit etiam in Futuro terminato הָיָה, sed quod tunc amittit הָיָה finale, sicuti post clarius patebit, ut  
וְגַלְתִּי

רְבָלֶת יְגַלֵּה revelabit וְגַלְלֵה revelavist.

רְבָלֶת יְגַלֵּה idem וְגַלְלֵה idem.

Et sic cum Particula לְ, ut

אַל חֲלֹמָה ne pugna.

אַל חֲגָל ne detege.

### 3 Ob Distinctionem.

Accentus distinctivus ultimæ syllabæ, postquam mutavit Sjeva precedens in Vocalem perfectam (juxta Regulam T) ad eam retrocedit, uti illic patuit.

Idem facit non precedente Sjeva, in tribus vocibus אַתָּה ego, tu וְאַתָּה nunc, quæ in distinctione scribuntur אַתָּה, אַתָּה, אַתָּה.

### III. De Abjectione Accentus.

Abiicit vox accentum suum non distinctivum, cum voci sequenti per Maccaph annexitur.

Maccaph est lineola transversa qua voces duæ supernè copulatae unius instar, sub solo posterioris accentu

accentu proferuntur , ut גָּם־אָנִי gam-ani , etiam ego. Et interdum etiam tres, ut כָּל־בֵּית־יִשְׂרָאֵל col-beit-Israel , omnis domus Israel.

Adhibetur autem Maccaph.

i. Ut plurimum quidem , cum duobus accentibus concurrentibus , prior nequit migrare ad penultimam , quod ea brevis sit , vel alium accentum ante se habeat , ut

דְּבָרֶןָא loquere quofo.

יִשְׁפַּרְתָּ וְעַת custodiet scientiam.

בְּנֵי־קָדוֹש vestes sanctitatis.

sepe vero etiam post Vocularas plerasque monosyllabas non habentes accentum Distinctivum , ut

אַת־הָאָרֶץ terra.

בֶּן־דָּוִיד filius Davidis.

חֲקָקָעָולָם statutum perpetuum.

יוֹם־כְּשׂוֹרָה dies Euangelij.

Et interdum quoq; post dissyllabas cum sequente voce constructas, ut

מֶלֶךְ

מֶלֶךְ־יְהוָה angelus Domini.

אֲשֶׁת־אַבְרָהָם uxor Abrami.

Sublato autem Accentu, ultima  
Vocalis Camets vel Tsere ante li-  
teram mobilem est corripienda,  
juxta Regulam B, & sic in exem-  
plis allatis est רְבָר pro רְבָר, יְשָׁפֵר pro יְשָׁפֵר,  
בְּנֵי pro בְּנֵי, אֲחֵי pro אֲחֵי, קְחָה pro קְחָה.

. . & immant inmutatae, ut  
אִישׁ־יִשְׂרָאֵל vir Israel.

טוֹב־יְהוָה bonum Domini.

& sic quoq; .. & cum literam ha-  
bent, aut includunt quiescentem,  
ut בֵּית־אֱלֹהִים domus Dei.

עַד־שְׁקָר testis falsitatis.

בְּחֹזֶק־חַעַם in medio populi.

item i ante n in terminatione fœ-  
minina Plurali, ut בְּנוֹת filiae  
Lot. & in Infinitivo Verborum  
quiescentium ultima h, ut לְעַשְׂתָּה facere ei.

Et

Et in quibusdam Monosyllabis, ut sunt **בַּsic**, **בְּtempus**, **בָּarbor.** item **בֶּn filius** cum non habet post se Genitivum, ut **בְּשָׁבֵt filius sextus**. nec non **לְcor**, cum quæ sequitur eam dictio non habet accentum in prima, ut **לְבִזְרוֹn cor Davidis**. **לְ** autem **abi**, **לְda**, **לְnomen**, & **לְsex** Tserere modo retinent, modo corripiunt.

Cæterum cum manens eo modo Vocalis longa, syllabam mixtam constituit, videtur id fieri virtute accentus quem habuit, & sua natura possidet: quanquam non raro etiam fulciatur Euphonico Metheg, jacturam tonici aliquo modo compensante.

Atque hæc de mutatione vocis generali quoad Literas, Vocales & Accentus sufficient: specalia suis locis indicabuntur.

*Quod*

Quod autem ad eam mutationem ad-  
tinet qua unius dictionis literis alterius  
Vocales interdum adiiciuntur, quod sic  
satis frequenter contingit, ea irregularis  
est, ac mystica fere, atque ad calcem libri  
explicanda. Hic tantum nunc obiter ob-  
servetur, quod, cum vox aliqua alienas  
habet Vocales, ea bifariam legi possit, vel  
secundum Vocales illas, per literas vocis à  
qua eae desumptae sunt: vel secundum Con-  
sonantes suas, per Vocales ipsis convenien-  
tes & restituendas, ut לְשָׁפֵט Ezech.

**44.** habet Vocales לְשָׁפֵט ad judicium  
& sic quoque legitur: quanquam & se-  
cundum literas suas legi possit ט  
ad judicandum. Sic quod est Esa. 36.12.  
**מִתּוֹן** habet Vocales vocum שְׁוִינּוֹתָם  
**מִגְלִיהָם** aquę pedū eorum, & sic quoque  
legitur: quanquam, & secundum literas  
sus legi possit, שְׁיִנִיָּהָם urinæ eorum.


Et ita passim occurrit quod  
secundum Vocales suas legitur יְרוּשָׁלַם,  
cum secundum literas suas legi queat  
וְרוּשָׁלָם Ierusalem.

Item יהוה quod legitur אלֹהִים, quia ejus Vocales habet, ut eandem ob causam יהוה legitur אֱלֹהִי, licet in hoc, ob frequentem usum, sub litera ו simplex tantum scribatur Sjeva. Atque hujus quidem sanctissimi nominis lectio per proprias Vocales hodie ignoratur; licet verisimile sit eam esse יהוה.

*Regula EE inferenda  
pagina 61.*

Vocalis longa Tsere non fert post se Sjeva quiescens expressum in medio dictionis, & eo sequente mutatur in Pathah, ut

לְפָרָת docuisti, pro לְפָרָת?.  
Nisi juxta Regulam E, ponatur pro ו, quod ei ante נ servile solum contingit: ante quod & suo nomine etiam interdum venit: ut חַפְקָדָנָה præficient f. לְכָנָה abite f.



LIBER SECUNDVS  
DE  
VERBO.

---

CAP. I.

*De Verbo in genere.*

**H**A CTENVS de voce in genere ; species ejus (seu partes Orationis) Ebraicis numerantur tres, Verbum , Nomen, & Particula.

**V**Erbum ijs dicitur **לְיָד** , id est **Aetio**, à qua voce & Paradigma ejus antiquum **לְיָד** desumptum est, & literæ ejus hodieque denominantur ; ita ut prima cujusque Verbi Radicalis vocetur **Pe** , secunda **Ajin** , & tertia **Lamed**.

G 2

Con-



Considerantur in Verbo sex.

1. Conjugatio. 4. Persona.
2. Tempus. 5. Genus.
3. Numerus. 6. Qualitas.

I. Conjugatio genus significatio-nis Activum aut Passivum conti-net. Deducuntur autem singula Verba per quatuor Conjugationes: quarum tres sunt Acti-væ, quæ suas habent Passivas; quarta autem Activa simul est & Passiva, id est reciproca: Tabella earum hæc est.

<i>Activa.</i>		<i>Passiva.</i>
1. KAL	לְמַר	NIPHAL.
2. PIEL	לְפָר	PVAL.
3. HIPHIL	הַלְמִיד	HOPHAL
4. HITHPAEL	הַתְלִמֵּד	.

In his tria consideranda sunt:  
 1. Nomen. 2. Character. 3. Si-gnificatio.

i. Prima

Prima ל dicitur, id est *Lewis*. Estque nuda & simplex, nullam habens notam additam, ita ut character ejus sit omnis characteris absentia. Significationem habet simplicem quoque, & activam, quam à prima origine Verba possident, eamque vel intransitivam, ut שָׁמַר stetit, vel transitivam, ut פִּרְאָה creavit, quam differentiam in uno etiam eodemque Verbo interdum admittit, ut פֶּלֶא plenus fuit, & implevit.

Eius Passiva vocatur נְפָעַל, à forma antiqui Paradigmatis, ut reliquæ Conjugationes omnes. Peculiariter habet characterem literam ב priuæ radicali præpositam. Format à transitivis Kal, Verba significantia passionem, cum aliunde procedentem, ut נְהַרְגֵּת occidit, נְהַרְגֵּנָה occisus est,

rum ab ipso paciente sibi illatam,  
 quæ tunc æquipollent reciprocis  
 Activis, & proinde absolutè po-  
 nuntur, sine Ablativo, ut **מִכֶּר**  
**vendidit**, **נִמְכֵר** *venditus est ab alio*,  
 vel à se, quod idem est cum, *vend-  
 didit se.* **שִׁמְרָה** *custodivit*, **נִשְׁמַר** *cu-  
 stoditus est ab alio*, vel à se, id est cu-  
 stodivit se, *cavit sibi.* utro autem  
 modo accipienda sint, ipsa docet  
 oratio. Ab intransitivis in Kal ra-  
 ro formatur, & significat vel pa-  
 ssionem Conjugationis Piel, aut  
 Hiphil, ut **נִהְלֵךְ** *deductus est*, ab  
**הַלֵּךְ** *deduxit*, cuius Kal est *ivit*,  
**נִקְרֵב** *adductus est*, ab **הַקְרֵב** *addu-  
 xit*, cuius Kal est **קָרֵב** *accessit*. Vel  
 actionis frequentiam, ut **נִרְכֵּב**  
**affiduè loquutus est**, à **רֹכֶר** *loqui-  
 tus est.*

Secunda, in Activa **פָּעַל** dici-  
 tur, & in Passivo **לְפָעַל**. Charac-  
 teristi-

risticam utrobique habet Vaghes  
in secunda radicali; quod tamen  
non admittunt literæ indagheſſa-  
biles; quæ interdum id produ-  
ctione p̄cedentis Vocalis brevis  
compensant, interdum ſine com-  
pensatione abijciunt, ſecundum  
doctrinam traditam fol. 62. & 63.

Activa intendit ſignificationem  
primæ Conjugationis: unde quæ  
absoluta illic ſunt, h̄c fiunt tran-  
ſitiva, ut חָשַׁב hilaris fuit חָשַׁב ex-  
hileravit: quæ transitiva, hic vehe-  
mentiam, accurationem, aut di-  
ligentiam аſſumunt, ut אָכַל edit,  
אָכַל voravit, שִׁפְרָה custodivit, שִׁפְרָה  
diligenter custodivit. quod & ab-  
ſoluta interdum imitantur, ut  
רָכַד salijt, רָכַד saltavit. Pauca à  
Nominibus orta ſublationem rei  
per Nomen significatę deſignant,  
ut שְׂרֵך eradicavit, à שְׂרֵך radix רְשֵׁך

*excineravit; à לִשְׁׂׂה cinis, & sic à עַתָּה peccavit, sit עַתָּה peccatum expiavit.*  
 Passiva Pual significat passionem illatam ab altero cuius nomen retinetur, ut קָרְבָּן קָרְבָּן *devoratus est Ioseph.*

Cæterum ad Piel reducuntur quoque Verba illa quæ vulgo dicuntur esse Conjugationis Poël, ut טְפִילָה *judicavit*, (quia eandem flexionis rationem sequuntur, & in eo solum discrepant, quod pro Vocali brevi & Daghesh habent longam Hholem:) ut & ea quæ Quadrata vocantur, & quatuor habent literas radicales, quarum secunda vicem quodammodo supplet Daghesh characteristici, ut כְּרָכֵר *saltavit*, פְּרַץ *expandit*.

Tertia in Activo הַפְּעִיל dicitur & in Passivo הַפְּעַל & Characteristicam utrobiique habet ה in prin-

principio, quod tamen interdum excidit, juxta regulam,

*Hec Conjugationis characteristica, præposita characteristicæ temporis, excidit, & huic Vocalem suam relinquit.*

Activa, Verbis Kal addit causam, cuius virtute, impulsu, iussu, vel permissione fit actio, unde Absoluta fiunt transitiva, ut **שָׁבַב** jacuit, **הָשִׁפֵּב** jacere fecit, id est profiravit, vel jacere jussit aut permisit: **חִיָּה** **וְ** **חִיָּה** **וְ** vivere fecit, id est vivificavit vel vivere jussit, aut svit. Transitiva semel, fiunt bis talia, ita ut actio una sit agentis, in patientem; altera ad agendum impellentis, in agentein: ut **אָכַל** edit, **לְחַסֵּךְ** fecit eum edere panem, **עָמַד** audivit, **קֹרֶךְ** fac me audire vocem tuam. Raro absolutorum significatio solum intenditur, ut **לְבָנָן** albus fuit, **גָּלוּבָן**

הַלְבִּין *albavit*, & *valde albus fuit.*

Passiva Hophal passionem quoque denotat sine nomine Agentis eamque simplicem, aut duplificem pro ratione Activi, ut *הַשְׁלָךְ projectus fuit*, *הַכְּרָתָה factus est excindi*, id est *excisus est ab alio excindere jussu.*

Quarta vocatur *לְעֻפְתָּה*. Characteristicam habet duplificem, Daghēs in media radicali, quod literę *וּמְחֹנָה*, ut in Piel repudiant; & syllabam *הַ* initio appositam, cuius litera prior *הַ*, subjecta est regulæ de *הַ* characteristico ante traditæ; posterior autem *הַ*, primæ radicali interdum vel inseritur per Daghēs, vel postponitur. inseritur quidem cum illa est *וְתַ*, juxta doctrinam, pag. 51. ut

<i>חַרְבָּא contritus est</i>	<i>חַתְּרָכָא</i>
<i>חַטְּרָה mundavit se</i>	
<i>חַתְּמָם perfectus fuit</i>	<i>חַתְּמָה</i>

Et

Et interdum quoque, licet rarius,  
cum est Nun, vel ז, ut

הַנְחָתָם se solatus est, } pro {  
הַחֲכָה mundavit se, } הַחֲכָה {

Postponitur autem primæ ra-  
dicali, cum ea est שׁ, ac post ו  
insuper ו mutatur, ut

הַשְׁמֵד se custodivit. } pro {

הַסְתֵּר se abscondit. } pro {

הַצְלָק se justificavit. } הַצְלָק {

Format à Verbis transitivis in  
Kal, reciproca vera, vel prædica-  
tione, aut persuasione, ut שׁ cu-  
stodivit, }

ברך benedixit, }

benedictum se esse persuasum habuit,

vel predicavit. & sic quoque inter-  
dum ab absolutis, ut נִפְלָא cecidit,

הַנְפֵל prostravit se, }

גָּדוֹל magnus fuit,

הַגָּדוֹל magnum se fecit, vel prædica-

wit. עַשְׂרֵן dives fuit, }

הַעֲשֵׂר divitem

se fecit vel predicavit. Sed ea etiam

inter-

interdum hic simulationem significant, aut actionis absolutæ frequentiam, ut חָלַח ægrotavit, חָלַח simulavit se ægotare, חָלַק itavit.

In Niphal , Piel , Hiphil , & Hithpaël reperiuntur etiam Verba simplicis significationis: sed ea in Kal fere sunt inusitata.

In Niphal quidem absoluta , qualia sunt quatuor,

גְּמֻנָה gemuit, גְּשִׁבָע juravit.

גְּלִחֵם pugnavit גְּעִשֵּׂע innixus est.

in reliquis vero transitiva, ut

חָלַל laudavit, הַשְׁלִיךְ project.

אָז auscutavit, הַקְפֵּל oravit.

חָלַשְׁיָן obtrectavit, הַקְרֹבֵן supplicavit.

Per Conjugationes Passivas exprimuntur etiam impersonalia, ut

נָאָמַר dictum fuit.

הָנְפֵר nuntiatum fuit.

Cate-

Cæterum non in omnibus Conjugationibus Verbum quodlibet est usitatum; multa in una solum Conjugatione usurpantur; multa in pluribus; nullum, opinor, in omnibus, quod usu & ex Dictionarijs discendum. Sic Verba absoluta in qualibet Conjugatione passivam non habent, nisi fortassis in ea aliam habeant significacionem, ut ante est visum.

II. In Conjugatione sex sunt partes, quæ Tempora & Modi vulgo dicuntur, & hoc ponuntur ordine.

1 Præteritum.	4 Infinitivus.
2 Participium Benoni.	5 Imperativus.
3 Participium Paüil.	6 Futurum.

In quibus tria consideranda sunt. 1. Significatio. 2. literæ serviles. 3. Vocales literarum radicalium.

1. Præte-

1. Præteritum unicum hic est quod exponitur latino Perfecto, Imperfecto, & plus quam perfecto Indicativi modi; interdum etiam Optativi, vel Subjunctivi, pro ratione Particularum præpositorum, ut *לִמְדָר didicit, discebat, didicerat, didicisset, didicerit*: Venit & pro Futuro, in Prophetijs maximè, & quoties alij Futuro, cum i conversivo (de quo pagina 88.) postponitur. Sic post Imperativum cum tali i positum, illius quoque naturam induit. Exempla passim sunt obvia.

2. Participium *Benoni* nostro Participio presenti respondet, ut *לִמְדָר discens*: etiam in Passivo, ut *נַאֲכֵל qui comeditur*.

3. Participium *Paüil* respondet nostro Participio Præterito Passivo, & significat passionem  
rei

rei adhuc durantis, seu, quę manet facta, ut **לְחַזֵּק** *plantatus*, qui scilicet *plantatus adhuc est*. raro active sumitur, in Verbis **לִבְטָה** *induit*, **אָזֶר** *accinxit*, & paucis aliis affinis significationis. non formatur autem nisi à Transitivis, idque in prima solum & secunda Conjugatione, ad quarum passivam pertinet, licet in activa vulgo collocetur.

Vtrumque Participium sæpe usurpatur pro Præsenti Indicativi modi, quin & pro Præterito, maximè imperfecto, ut  
**וְאַתָּה לְכֹשֶׁת** *ipse iudutus est*, vel *erat*.  
**אָנֹכִי מְרֻפֶּר** *ego loquor*, vel *loquebar*. Sæpe etiam degenerat in Nomen, ut **שָׂמֵר** *custodiens*, & *custos*. **גַּנְוָה** *surrepta*, & *res surrepta*. sed hoc casu Paüil etiam sit activum, ut **עֲשֵׂיךְ** *oppressor*.

Infinitivus, æquipollet nostro :  
 sed

sed interdum eodem cum Verbo adjuncto Tempore, Numero, Genere, & Persona exponitur.

Venit & pro Gerundijs nostris prepositis literis בְּלָטָס, quæ certum ei tempus important, ita ut significet

**בְּ** in inter, ut בְּלָטָס in discendo, inter descendum, cum disceret, vel discet.

**בְּ** juxta, post, ut בְּלָטָס juxta descendum, postquam didicit, vel didicerit.

**לְ** ad, ut לְלָטָס ad descendum, ut disceret, vel discat.

**מִלְּ** à, ut מִלְּלָטָס à discendo, ne disceret vel discat.

Imperativus tantum usurpatur affirmative, idque in secundis solum personis; reliquæ per Futurum exprimuntur; uti & Precepta negativa, preposito לְ ne. Ceterum in pure passivis nullius aut exigui est usus.

Futu-

Futurum valet Futurum Indicativi nostri, item Optativi & Subjunctivi, pro ratione Particularum præmissarum. Vertitur saepe in Præteritum, maxime Imperfetum, cum aliâs, tum præposito *in tunc*, ut יְמִינָה *in tunc* canebat vel cecinit; & preffixo *in* conversivo, ut מִתְּאֵרֶב *& dicebat* vel *dixit*. Venit & pro Præsenti, maximè indefinito, seu potentiali, quod per potest, solet, aut oportet, exponitur: id quod etiam Præterito non raro contingit. Exempla ubique occurunt. Vbi pro Imperativo veniat paulò ante est dictum.

Literæ serviles Temporum, accedunt

Præterito, & Imperativo, in fine.

Infinitivo, in principio.

Futuro, & Participijs, utroque.

Præterito accedentes terminatio-

H nes

nes in secundis & primis personis  
ex Pronominibus desumptæ sunt,  
scilicet

הַיְהָ תִּהְיֶה אָתָּה תִּמְמָה תִּחְתַּן תִּנְחַנֵּן	ex	תְּ תְּ אָנֹ תְּ אָתְּ אָנְחָנָה	tu m. tu f. ego. vos m. vos f. nos.
----------------------------------------------------------------------	----	-------------------------------------------------	----------------------------------------------------

Tertia autem Pluralis addit Singulari, Pluralis Numeri in Præterito, Imperativo, & Futuro notam. Et tertia Singularis Fœminina Masculinæ addijcit ה. Fœminini Singularis in Præterito, & Participijs indiceim.

Participia more Nominum variantur, & Fœmininum Singulare formant adjecto ה vel ה. Plurale Masculinum adjecto ו. ut Fœmininum adjecto נ. Et extra primam

primam Conjugationem initio adsumunt & quod Participiale vocatur.

Infinitiyus per se serviles nullas habet, sed ad constituenda Gerundia literas בְּקִלָּם assumit, ut supra fuit visum.

Imperativus adsciscit literas יְנַה: quarum, à Singul. Masc. format Fœmininum, ♀ Plurale Masculinum, ♂ Plurale Fœmininum.

Futurum assumit literas יְנַה in fine, ut Imperativus; in principio autem literas יְתַא, quarum & format primam Singularem, ♀ primam Pluralem, ♀ tertiam Masculinam, ♂ secundam Personam, & tertiam Fœmininam.

3. Vocales literarum radicalium patebunt in Paradigmate. sed de mutatione earum tres hic Canones notandi sunt.

*Canon Primus.*

Vltima Verbi Vocalis Pathah,  
Tsere, vel Hholem in Sjeva mutatur, cum ultima radicalis Vocalis accipit, quod fit accedentibus literis יְהָיָה.

*Canon Secundus.*

Camets & Tsere primæ syllabæ in Sjeva mutantur, cum, crescente in fine voce, accentus descendit e secunda ad tertiam.

*Canon Tertius.*

Camets primæ syllabæ in Sjeva mutatur, cum literæ serviles præponuntur.

III. In Tempore (excepto Infinitivo) duo sunt Numeri, Singularis, & Pluralis.

IV. In Numero tres sunt Personæ, quarum tertia secundam, & hæc primam præcedit.

V. In

V. In Persona duplex est genus, Masculinum, & Fœmininum, quorum quodque suam habet terminationem. Sed prima Persona communis est Generis; ut & tertia Pluralis in Præterito.

Est autem cujusque Conjugationis thema, seu prima vox, tertia Præteriti Persona, Singularis, Masculina: eaque in Kal, ipsa plerumque est radix.

VI. Qualitate Verbum aliud Perfectum est, aliud Imperfectum.

Perfectum est quod perfectam conjugandi rationem sequitur, qualia omnia illa sunt, que neque aliquam ex literis  $\text{נָא}$  habent radicalem, neque secundam tertiam similem, aut primam vel ultimam Nun. Imperfectum quod ab ea ratione aliquantulum recedit, qualia fere sunt reliqua.

## C A P. II.

## De Verbo Perfecto.

**P**A RADIGMA Verbi Perfecti sit nobis **לִמְرָא** *didicit*, cuius haec est

## Conjugatio Kal.

## P R A E T E R I T U M.

I	2	3	Perf.
---	---	---	-------

<b>לִמְרַתִּי</b>	<b>לִמְרָא</b>	<b>לִמְרָתָה</b>	<b>Sing.</b>	<b>Masc.</b>
		<b>לִמְרָתָה</b>		

<b>לִמְרַנִּי</b>	<b>לִמְרָתִים</b>	<b>לִמְרָתִי</b>	<b>Plur.</b>	<b>Masc.</b>
		<b>לִמְרָתִי</b>		

## B E N O N I.

<b>Plur.</b>	<b>Sing.</b>
--------------	--------------

<b>לִמְרִים</b>	<b>לִמְרָד</b>	<b>Masc.</b>

<b>לִמְרָתָה</b>	<b>לִמְרָתִה</b>	<b>Fœm.</b>
	<b>לִמְרָתִה</b>	

PAÜL.

## PAÜL.

*Plur.*      *Sing.*

לְטוֹרִים | לְטוֹרָדָה { Masc.

לְטוֹרּוֹת | לְטוֹרָה { Fœm.

## INFINITIVUS.

לְסֹוד vel לְסֹוד

## IMPERATIVUS.

*Plur.*      *Sing.*

2                2

לְסֹוד | לְסֹוד { Masc.

לְמַרְנָה | לְסֹרֶר { Fœm.

## FUTURVM.

1                2      3      Perf.

אַלְסֹוד      יְלַסּוֹד      חַלְסֹוד { Masc.

                    Sing.      Chalssod { Fœm.

1                2      3

נְלַסּוֹד      יְלַמְּרוֹד      חַלְמַרְדוֹד { Masc.

                    Plur.      Lamrod { Com.

H 4              De

*De Præterito.*

Prima radicalis habet Camets, quod in secunda Plurali mutatur in Sjeva, quia accentus descendit è secunda ad tertiam, juxta Canonem secundum. Descendit autem accentus, quia Ultima Vocalis in ijs est Seghol ante מ & נ serviles. vide Pag. 34.

Secunda radicalis habet Pathah, raro Tsere, ut זקן *senuit*, rarissime Hholem, ut יכל *potuit*, quæ tres Vocales in tertia Plurali, & Singulari Fœminina in Sjeva mutantur, juxta Canonem primum, ut לְמֹרֶה לְמֹרֶה זָקָנִי זָקָנִי יָכַל יָכַל יָכַל

In reliquis Pathah & Hholem manent, ut לְמֹרֶת, יָכַלְתִּי; nisi quod Hholem in secunda Plurali, amitto accen-

accentu corripitur, juxta Regulam B. ut יְכַלּוּ. Sed Tsere ob Sjeva quiescens quod sequitur, in Pathah mutatur, juxta Regulam EE. ut זָקִנָּת, זָקִנָּת, & הַ perit.

Tertia radicalis habet Sjeva quiescens, quod sub finali latet, in medio exprimitur, sed accedentibus terminationibus, & הַ perit.

### *De Benoni.*

Prima radicalis habet Hholem immutabile. secunda Tsere quod in Fœminino & Plurali in Sjeva mutatur, juxta Canonem primum. Interdum prima habet Camets, quod in Fœm. & Plur. quia descendit accentus, in Sjeva mutatur, juxta Canonem secundum; & tunc Tsere secundæ manet, ut נְקָדָה adhærens, רְכָבִים adhærentes; quod etiam interdum accidit post Hholem

Hholem, ut בָּגֵר *perinde agens*, in  
Fœm. בָּגְרַת.

Cæterum pro Tsere hic interdum est Pathah, ut זָבֵךְ *periens*, id quod in cæteris Conjugationibus, omnibus ijs vocibus interdum contingit, quæ regulariter ultimam Vocalem habent Tsere. quod semel hic generaliter monuisse sufficiat.

### *De Paüil.*

Prima radicalis habet τ, quod accedente Vocali ad ultimam, in Sjeva vertitur; juxta Canonem secundum. Sjurec ultimæ est immutabile.

### *De Infinitivo.*

Infinitivus in hac Conjugatione duplex est, Absolutus & Constructus. Absolutus suo plerumque Verbo jungitur, augendæ fere significationis gratia, ut לִפְנֵי לִפְנֵי *discendo*

*discendo discet*, id est, *diligenter discet*. & hujus prima radicalis habet Camets ut secunda Hholem. Cōstructus alijs Verbis apponitur, & ad secundam Hholem quoque habet; sed ad primam, Sjeva, ut בָּא לְלִטּוֹר *venit ad descendum*.

### *De Imperativo.*

Imperativus forma cōvenit cum Infinitivo constructo. In Fœm. & Plur. Masc. accendentibus . & , vertitur Hholem secundæ radicalis, juxta Can. primum, in Sjeva, ante quod alterum Sjeva initio dictionis in Hhirec breve transit, juxta Regulam N, raro in + parvum, ut פָּלַכְיִ תְּשַׁפֵּן trahite.

### *De Futuro.*

Futurum quoque fit ab Infinitivo constructo, præpositis literis אֲתָה cum Sjeva , sed quod ante alterum Sjeva in Hhirec breve verti-

vertitur, juxta Regulam N. Pro Hhirec tamen est Seghol sub & juxta Regulam 2. Secunda radicalis interdum habet Sjurec immutabile: sed communiter Hholem, quod accedentibus , & , in Sjeva vertitur (raro in -: ) juxta Canonem primum. Ceterum pro Hholem, tum hic , tum in Infinitivo, & Imperativo. Verba absoluta plerumque habent Pathah, ut יָצַב jacuit, יְצַבֵּב jacebit: uti etiam transitiva illa, quæ penultimam habent gutturalem, vel ultimam יְמַנֵּה, ut יְמַנֵּי audiet, לְגַנֵּי interrogabit.

## O B S E R V A T I O .

Nota, hic & in sequentibus Conjugationibus, atque adeo per universam Grammaticam, observandas esse regulas de mutatione Vocalium propter gutturales, traditas, pag. 75. & sequentibus. unde hic I. Pro Sjeva simplice mobili litera gutturalis

ralis habet -:, juxta regulam ב, ut  
טְמַרֵּחַ עַמְּרוֹן stetistis, שָׁאַלְהַ עַמְּרוֹן inter-  
rogavit f. sed in Imperativo, & Infiniti-  
vo, sub אֲנָשָׁה est :::, juxta exceptionem ter-  
tiam regulæ אֲנָשָׁה, ut אֶחֱבָה dic, ama.

II. Pro Sjeva simplece quiescente post Se-  
gol in Futuro, :::, juxta regulam ג, ut  
עַמְּרוֹן stabo, pro אֶעֱמָד : & sic quo-  
que post Hhirec parvum, quod tunc in Se-  
gol convertitur, juxta eandem regulam.  
quedam tamen pro ::: habent -:-, ut  
dictum fuit, pag. 80. Itaque hoc modo fle-  
ctuntur habentia Hholem in Futuro.

יעמְרָה חֻמְרָה  
&c. אֶעֱמָד חַמְרָה

Habentia vero Pathah, hoc modo

יְחִסְרָה חַחְסָרָה  
&c. אֶחָסָר חַחְסָרָה

In Sjeva compositum  
ante simplex, in Vocalem suam brevem re-  
solvitur, juxta Regulam Q. id quod etiam  
ficeret in Imperativo, nisi obstaret ejusdem  
regulæ exceptio, qua vult eum hoc modo  
conjugari.

אֶמְרָה

עָבֹד עֲבֹרִי | אָמַר אָמְרוּ

עֲבֹרִי עֲכָדָנָה | אָמְרִי אָמְרָנָה

Cæterum post Segol & Pathah pro :: :: &  
-: saepe resumitur simplex Sjeva, ut  
וְעַטְרוֹן stabit. וְעַטְרוֹן stabunt.

יְחִסְרֵן deficiet. יְחִסְרֵן deficient.

III. הַרְחָעַ tertie radicales in Participis  
assumunt Pathah suffuratum, vel mutant  
.. in -, juxta Regulam 1, ut שׁוֹמֵעַ vel  
שׁוֹמֵעַ audiens, שׁלֵיחַ missus. Et sic quo-  
que in לְפָרָת, pro priori Sjeva est Pa-  
thah raptum, juxta Regulam 2, ut  
שׁלְחוֹת misisti f. pro שׁלְחוֹת.

IV. in לְמַרְחַה pro :: :: est -- cum ulti-  
ma radicalis est ח vel י, juxta Regulam 3,  
ut שׁוֹמֵעַ audiens f.

Et sic quoque in cæteris Conjugationibus.

### Paradigma Niphal.

#### P R A E T E R I T U M.

I	2	3	Pers.
---	---	---	-------

נְלִטְרָה	נְלִטְרָה	נְלִטְרָה	}	Sing.	Masc.
נְלִטְרָה	נְלִטְרָה	נְלִטְרָה			

נְלִטְרָה

I 2 3 Pers.

